ut cupidinẽ ad Medeã mitteret:q Iaſonis amore ipſã inflammaret. Opa ergo ueneris & cupidinis maxios ardores Medea cõtraxit. Aeætias Medea æete regis colchoꝝ filia. Sane æeta pria cũ æ diphthõgo ſcribit̃: nõ cũ œ & ut qdã pcipiũt & fere in exẽplaribus eſt deprauatũ. Et luctata diu. Poſteaq̃ diu amori repugnauit. Eleganter aũt uirgis amore captæ cogitatões expõit. Furorẽ. amoris rabiẽ. Fruſtra medea repugnas. Seipſã Medea alloqt̃. Adeo aũt amoris impita uĩ: ut cũ Iaſonis amore capta ſit: an amet tñ addubitet. Aut aliquid certe. aut qdem legit̃: ſed an fortaſſe legendũ ẽ: qua particula & dubitãtes & interrogãtes & ſoluẽtes utimur. Cũ eni Medea addubitaſſet qd illud eſſet: an aliqd ẽ inqt mori ſimile ac deide amorẽ eſſe oñdit. Nã cur iuſſa pris. Colligit ex his medea ſe captã eẽ Iaſonis amore & qd q̃ mandarat Iaſoni Aeæta nimiũ diff.cilia factu uidebãt̃: & qd' illi pauloante uidiſſet adeo timebat. Sũt quoq; du. nimis: Nõ ſolũ uideri ſed eẽ quoque nimiũ dura q̃ iaſoni aeetæ iuſſu erãt pagẽda: aſſeuerat Medea: nã & idomitos tauros ignem ore naribuſque efflãtes iugo ſubiicere: & tot hoies armatoꝝ ipetus ſuſtinere & puigilẽ draconẽ debellare: q̃ impauerat aeæta: difficillima ſũt factu. Mõ deniq;. nũc ſolũ. Tãti timoris. Tãtæ ſollicitudis.
Excute uirgineo. ſeipſã medea alloquit̃ tanq̃ alii uerba faciat. Noua uis. magna amoris potentia mihi nunq̃ añ hac expta. Aliudq; cupido. aliud i quit amor: aliud rõ mihi oñdit. Video meliora. Cognoſco. Hinc aũt colligit Medea ſe non errore ſed dedita opera amori idulgere. Quid i hoſpite. cur inqt cũ ſis filia regis peregrini amore ardes?
Regia. regis filia. Alieni orbis. alienæ regiõis.
In diis ẽ. in deoꝝ manu ac ptãte. Quid. n. cõmiſit iaſon? Quid mali fecit. Nõ tãgat. nõ cõmoueat. Lucretius de deo loquẽs. nec bñ pro meritis capitur nec tangit̃ ira. Virtus. Fortitudo & corporis robur. Vt cætera deſint. Vt cætera deeſſe concedã. Mouere. pellicere ad amandũ. Tauroꝝ afflabit̃ ore: Taurus αὼο τοῦ τενειν τὴνοὺραν. hoc ẽ ab extẽdenda cauda dĩ. Oportebat aũt iaſonẽ tauros ignẽ naribus efflãtes iugo ſubiicere. bñ uero amãs ſollicita eſſe fingit̃ de piculis amato ipendentibus. Cõcurretq;. cõfligetque inqt cũ hoib⁹ natis ex dẽtibus draconis ab ipſo ſeminatis. Suæ ſegetis. Semẽtis ab ipſo factæ. Auido dracõi. inſatiabili. Hoc ego ſi patiar: ut dracõi obiiciatur iaſon. Tunc me de tigride natã. Tunc inqt me crudeliſſimã eſſe fatebor. Crudeles. n. & de tigride nati & feræ in corde geſtare dñr. Cõſcelero. ſceleratos efficio. eſt aũt pulchra ironia: q̃ ſibi talia nõ eſſe facienda ,pponit medea. Exhortor. incãtatõibus ſtimulo. Terrigenaſq; feros. hoies e terra natos.
Inſopitũ draconẽ. Peruigilẽ: q nunq̃ ſopit̃. Prodãne diſtrahit̃ Medeæ aius tũ ab amore. tũ ab honeſto: ut cui pareat ignoret. Neſcio qs aduẽa. ac ſi diceret ignot⁹ qdam pegrinus. Vt p me ſoſpes. Vt opa mea inqt ſaluus & incolumis me relicta diſcedat in pſiamq; ſuã reuertat̃. Det lintea uentis nauigando recedat. nã dare lintea & uela uentis eſt nauigare. Pœnæ. ſupplicio qd' de me pater ſumet.
Is uult⁹. Talis uult⁹ quẽ græci πρoσώπον uocãt.
Et dabit ante fidẽ. Et ante q̃ illi opẽ ferã iureiurãdo ,pmittet me ſibi uxorem futurã. nã dare fidem ẽ ſancte aliquid ,pmittere. Qud tuta times? ſeipſã

Dare fidem

Si facere hoc aliamue poteſt p̃ponere nobis:
Occidat ingratus. ſed non is uultus in illo.
Non ea nobilitas animo eſt. ea gratia formæ:
Vt timeam fraudem: meritiq; obliuia noſtri.
Et dabit ante fidem cogamq; in fœdera teſtes
Eſſe deos. quid tuta times? accingere: & omnẽ
Pelle moram. tibi ſe ſemper debebit iaſon.
Te face ſolemni iunget ſibi: perq; pelaſgas
Seruatrix urbes matrum celebrabere turba.
Ergo ego germanã fratremq; patremq; deoſq;
Et natale ſolum uentis ablata relinquam?
Nempe pater ſæuus. nẽpe ẽ mea barbara tellus
Frater adhuc infans: ſtant mecum uota ſororis
Maxius intra me deus eſt. nõ magna relinquã.
Magna ſequar. titulum ſeruatæ puppis achiuæ:
Notitiamq; loci melioris: & oppida: quorum
Hic quoq; fama uiget: cultuſq; arteſq; uiroꝝ:
Quẽq; ego cũ reb⁹: quas totus poſſidet orbis
Aeſoniden mutaſſe nolim: quo coniuge felix
Et diis cara ferar: & uertice ſidera tangam.
Quid: q; neſcio qui mediis incurrere in undis
Dicuntur montes: ratibuſq; inimica charybdis
Nunc ſorbere fretũ: nũc reddere: cinctaq; ſæuis
Scylla rapax canibus ſiculo latrare profundo:
Nẽpe tenẽs qd' amo: gremioq; i iaſonis hærẽs
Per freta longa ferar. nihil illũ amplexa timebo
Aut ſi quid metuam: metuam de coniuge ſolo.
Cõiugiumne putas: ſpecioſaq; noia culpæ
Imponis medea tuæ: quin aſpice quantum
Aggrediare nefas: & dum licet effuge crimen.
Dixit: & ante oculos rectum pietaſq; pudorq;
Cõſtiterant: & uicta dabat iã terga cupido.
Ibat ad antiquas hecates perſeidos aras:
Quas nem⁹ umbroſum ſecretaq; ſilua tegebat
Et iam fractus erat: pulſuſq; reſederat ardor:
Cum uidet æſoniden: extinctaq; flãma reluxit.
Et rubuere genæ: totoq; recanduit ore.
Vt ſolet a uentis alimenta reſumere: quæq;
Parua ſubducta latuit ſcintilla fauilla
Creſcere: & in ueteres agitata reſurgere uires:

reꝑhendit Medea qđ ea timeat q̄ nõ ſunt metuẽda. Accingere.Prepararare ad opē Iaſoni ferendā. Tibi ſe ſp debebit iaſon.Hoc ē iaſon ſemp tuus erit Iaſon aũt απο τῆσ ιασεωσ.hoc ē a medicina: quā a chirone didicit:fuit appellatus. Face ſolēni.legitimo mřimonio.A parte nãq; totũ intelligimus.Quinq; aũt faces ritu romano nouis nuptis ꝑferebant᷑. Seruat ix celebrabere.Iuuẽtutis græcæ ſeruatrix laudib⁹ extolleris. Ergo ego.Hactenus Medea amori eſt obſecuta.nũc ad honeſti cogitatõem ita redit:ut ſtati illã obiiciat. Ergo.affectui ſeruit hoc loco & idignatõi hæc pticula ergo.Indignat᷑ nãq; medea qđ ſororē frēm.patrē ac pᷓiam relinq̄re poſſit. Germanā.Chalciopē hãc uocat Apollonius.Pherecides uero ait eueniæ illi nomen fuiſſe. Cognominatā aũt calciopen & iophoſſā.Fatremq; Apſyrtũ q phaethõ quoq; ab apollonio uocat᷑. Vētis ablata.Nauibus auecta:q̄ uentis agunt᷑. Reliquam.Relinquere poſſim. Eſt aũt cũ irerrogatiõe legendũ.Nēpe pr ſæuus.Obiectõib⁹ ita rñdet medea:ut colligat oĩo Iaſonē eſſe iuuandũ ſibiq; cõiugio copulādũ. Nēpe.ꝑfecto. Stāt mecũ uota ſororis.hoc ē ſoror chalciope:mecũ ſentit.Nā chalciope quā phrixo diximus nupſiſſe:Iaſoni fauebat pp filios ſuos:q & colchis græciā nauigātes a paterna bona repetēda iuxta aretiadē inſulā naufragiũ fecerũt: i qua qdē aues eſſe ferunt᷑ pēnas ferreas iaculantes. Ab argonautis aũt illic iuenti i cholcos illis uiæ duces fuerũt:a qbus deinde in græciā orthomenũq; reuecti ſunt.chalciope igit᷑ de filioꝝ ſalute ſollicita medeā rogauit:ut iaſõi filiiſq; opitularet᷑. Maxius deus.Cupido. Titulũ.gloriā.enumerat aũt Medea qbus potitura eſt:ſi iaſonē fuerit ſecuta:q̄ quidem ipſi maiora uident᷑ q̄ q̄ relinqt. Loci melioris.cultioris.ciuilioris. Fama.Gloria. Viget.Floret. Cultus.Ornat⁹. Quēq; ego.Magno amore illũ medea ꝓſequit᷑:quē cũ oĩbus totius orbis reb⁹ nõ pmutaret. Et uer.ſi.tā.Illi uertice ſidera tāgere dñr.q ſibi felices uident᷑. Quid:qđ neſcio q.aliā cām aſſignat Medea qua iaſonē ſequendũ eſſe ſibi pſuadet.Multa nanq; noua piculoſaq; ſe uiſurā ait quales ſunt cyaneæ petræ ad thraciũ boſpoꝝ:q̄ inter ſe cõcurrere dñr. Neſcio q mõtes.Cyāeas petras innuit:q̄ & ſymplegades dñr:qđ cõcurrere ac copulari uidētur. Ratibuſq; inimica charybdis. uorago ē in freto ſiculo naues ad ſe trahēs atq; abſorbens. Scylla rapax.Scylla phorci filia ueneniſ circes in mõſtꝝ cõuerſa ſe in fretũ ſiculũ ꝓcipitauit ubi nauibus fingit᷑ inſidiari.Sũt aũt loca in freto ſiculo ualde piculoſa:Scylla & charybdis:quoꝝ alter italiæ.Scylla uero adiacet ſiciliæ.Siculo ꝓfundo.in ſiculo freto. Coniugiũ ne putas.Rõne a ſcelere Medea reuocat᷑.Se aũt ipſa reꝑhendit:qđ facinori ſuo honeſtũ matrimonii nomē ꝓtendat. Specioſa pulchra & honeſta. Quin.immo. Aſpice.cõſidera. Dũ licet.dũ potes. Rectũ.honeſtũ. Pietas.in parētes & pᷓiam amor. Et uicta dabat.Iam inquit cupido ab honeſto & pietate uictus a Medeæ mēte recedebat. Ibat ad antiquas hecates perſeidos aras hecate:ut ſcribit Dionyſi⁹ mileſius filia fuit perſei ſolis filii. In illis nãq; locis duo ſolis filii nati ſunt pſe⁹ & æeta.quoꝝ alter colchis circa mæotidē paludē impauit.perſeus uero i taurica regiõe regnauit:q cũ grādior natu eſſet: uxorē duxit unā ex incolis nymphis ex qua Hecatē filiā ſuſcepit:q

Sic iā lenis amor.iam quem languere putares:
Vt uidit iuuenem:ſpecie præſentis inarſit:
Et caſu ſolito formoſior æſone natus
Illa luce fuit.poſſes ignoſcere amanti.
Spectat:& in uultu ueluti tum deniq; uiſo
Lumina fixa tenet.nec ſe mortalia demens
Ora uidere putat.nec ſe declinat ab illo:
Vt uero cœpitq; loqui:dexterāq; prahendit.
Hoſpes:& auxilium ſummiſſa uoce rogauit:
Promiſitq; torum:lachrymis ait illa profuſis:
Quid faciam uideo:nec me ignorantia ueri
Decipiet:ſed amor.ſeruabere munere noſtro.
Seruatus promiſſa dato.per ſacra triformis
Ille deæ:lucoq; foret quod numen in illo:
Perq; patrem ſoceri cernentē cuncta futuri:
Euentuſq; ſuos:& tanta pericula iurat.
Creditus accepit cantatas protinus herbas:
Edidicitq; uſũ lætuſq; in tecta receſſit.
Poſtera depulerat ſtellas aurora micantes
Cõueniunt populi ſacrum mauortis i aruum
Conſiſtuntq; iugis.medio rex ipſe reſedit
Agmine purpureus:ſceptroq; inſignis eburno.
Ecce adamanteis uulcanum naribus efflant
Aeripedes tauri tactæq; uaporibus herbæ
Ardent.utq; ſolent pleni reſonare camini:
Aut ubi terrena ſilices fornace ſoluti
Concipiunt ignē liquidarum aſpergine aquaꝝ:
Pectora ſic intus clauſas uoluentia flammas.
Gutturaq; uſta ſonant.tamē illis æſone natus
Obuius it.uertere truces uenientis ad ora
Terribiles uultus:præfixaq; cornua ferro.
Puluereumq; ſolum pede pulſauere biſulco:
Fumificiſq; locum mugitibus ipleuere.
Diriguere metu ſubito minyæ.ille nec ullos
Senſit anhelatus.tantũ medicamina poſſunt.
Pendulaq; audaci mulcet palearia dextra:
Suppoſitoſq; iugo pondus graue cogit aratri
Ducere:& inſuetum ferro proſcindere cāpũ.
Mirantur colchi.minyæ clamoribus augent
Adiiciuntq; animos.galea tum ſumit ahena.

Tauri naribus ignē efflantes

cũ uirago eſſet:ac uenatrix:pria dr̃ peſtiferas herbarũ radices iueniſſe:pitiſſimaq; & uenenorũ & eorũ q̃ hoĩ opitulanť fuiſſe,ppriũq; prẽm ueneno necaſſe.A patruo uero Aeeta ĩ colchos accerſita uxor ẽ ducta.ex qua & chalciopen & Medeã ſuſcepit.Apolloniũ ãt ſeqť Oui.q pſei filia hecaten fuiſſe ait.Sed alii Iouis.alii cereris: alii ariſtei pæonis.Muſtæus Aſterie & Iouis fuiſſe filiã ſcribit.Hinc uero coarguiť eorũ error q dicũt Hecatẽ pſeida idcirco uocari qđ Perſe⁹ ĩ dianæ ſacrificiis ĩuocabať. Ad antiquas aras.ad uetuſta tẽpla. Hecates pſeidos.Perſei filiæ.Eſt ẽt hecate eadẽ cũ ꝓſerpina & Diana. Vt ſolet a uẽtis.Pulchra ſimilitudĩe oñdit poeta:quo mõ medea iterũ cœpit amore Iaſonis ardere. eſt aũt ordo Vt pua ſcintilla q̃ ſupinducta fauilla ſolet reſumere alimẽta a uẽtis & creſcere. Specie.pulchritudĩe.

Dentes Dracõis in hoĩeſ armatoſ

Pñtis.Iaſõis. Reſederat.reqeuerat. Et caſu.& forte inqt iaſon illo die formoſior fuit q̃ conſuerat. Tũ deniq;.Tũc ſolũ.Demũ.n.& deniq; iterdũ ſolũ.aliqñ tãdẽ ſignificãt. Torũ.lectũ nuptialẽ ac nuptias ipſas. Triformis deæ.hecates q̃ & luna & Diana & ꝓſerpĩa crediť eẽ. Lucoq; foret qđ numẽ ĩ illo.Per ꝓpoſitio ſubĩtelligať.hoc ẽ p numẽ hecates pſei filiæ:q̃ ĩ illo luco colebať.In tẽplo ãt hecates ut narrat apolloni⁹ iaſõ cũ medea cõuenit ab eaq; & medicamẽta accepit & quo mõ aduerſus gigãtes e dẽtib⁹ dracõis orituros ſe gereret cognouit Ita p̃ter oẽm aeete ſpẽ oĩb⁹ ꝓpoſitis certaminib⁹ ſupior euaſit. Perq; prẽm ſoceri.p ſolẽ æete patrem quẽ ſibi ſocerũ Medeæ cõiugio cupiebat. Credit⁹. Cõtra loquẽdi cõſuetudinẽ hoc pticipio uſus poeta eſſe uiť.Res.n.credita elegãter dr̃.Iaſõ uero creditus nõ ita:niſi ꝓ cõmiſſo accipiať:q̃q̃ credit⁹ ẽt gratus ĩtelligi poſſit. Cãtatas herbas.Incãtatas.Neq;.n.Medea Hecate matre minor fuit uenefica. Sacrũ mauortis in aruũ.ĩ ſacrũ martis lucũ.In illo nãq; uellus aureũ ſup phago arbore collocatũ a puigili dracone ſeruabať. Medio agmĩe.Media multitudine. Purpure⁹.purpurať ac purpura ornať. Purpureũ.n.dicius qđ totũ ex purpura cõſtat.purpuratũ uero purpura ornatũ. Adamãteis narib⁹ Quæ ne igne qdẽ poterãt domari.Adamas nanq; lapis ẽ q̃ nulla alia re q̃ hircio ſãguĩe domať.Vñ & nomẽ accipit.Nã:Χαμάζω domo ſignificat.a uero pticula ẽ priuatiua. Aeri pedes.ære pedes armatos hñtes.

Draco puigil

Pleni camini.plenæ carbõib⁹ ignitis fornaces. Silices ſoluti.periphraſis ẽ calcis:ĩ quã ſi ĩmittať aqua:cũ quodã ſtridore & ignẽ cõcipit:& diſſoluiť. Aſpgĩe.aſpſiõe. Vſta cõbuſta:ut p q̃ ignea flãma trãſeat. Truces.torui aſpectu. Ad ora uenĩẽtis.ad faciẽ iaſonis uenĩẽtis. præfixa ferro.in ſũmitate ferrũ hñtia fixũ. Biſulco pede.biſidis pedib⁹:q̃les boũ eẽ uidem⁹. Fumificis. fumũ efficiẽtib⁹:Spõdeo ãt ĩ qnta caris ſede ẽ uſus poeta ut boũ mugit⁹ exprĩeret. Diriguere.exhorruere expalluere. Vllos anhelat⁹. Vllos ſpũs flammæ exeũtis ex ore taurorũ.Anhelat⁹ ſcđm regulam ab anhelãdo decliauit:q̃uis anhelit⁹ frequẽti⁹ uſurpeť Anhelare ãt ẽ difficulter reſpirať. Tñ medicamĩa poſſũt.parẽtheſis acclamatõem in herbas medicas cõtinẽs:ĩ quarũ uires ĩcredibilis rei cãm poeta refert Pẽdula.palearia.pelles q̃ a gutture boũ pẽdẽt palearia dñr. Ferro,pſcide.uomere exarare. Miranť colchi.ſtupeſcũt rei nouitate.Colchi ãt ſcythiæ ſũt ppľi Aegyptiorũ colõi & apollõi⁹ ait:& Herodotus cõfirmat:q & de pudẽdorũ circũciſiõe meminit & de lini textura & legib⁹ ægyptiorũ illos uti ait. Vipe. dẽtes.ſerpẽtes illi⁹ dẽtes quẽ ĩ tertio poeta narrauit

Vipereos dentes:& aratos ſpargit in agros.
Semina mollit humus ualido p̄cincta ueneno:
Et creſcunt:fiuntq; ſati noua corpora dentes.
Vtq; hominis ſpeciem materna ſumit in aluo
Perq; ſuos intus numeros cõponitur infans:
Nec niſi maturus cõmunes exit in auras:
Sic ubi uiſceribus grauidæ telluris imago
Effecta eſt hominis:fœto conſurgit in aruo.
Quodq; magis mirũ ẽ.ſimul edita cõcutit arma
Quos ubi uiderunt præacutæ cuſpidis haſtas
In caput æmonii iuuenis torquere parantes:
Demiſere metu uultumq; animumq; pelaſgi.
Ipſa quoq; extimuit:quæ tutum fecerat illum:
Vtq; peti uidit iuuenem tot ab hoſtibus unum:
Palluit:& ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Ne ue parum ualeant a ſe data gramina:carmẽ
Auxiliare canit:ſecretaſq; aduocat artes.
Ille grauem medios ſilicem iaculatus in hoſtes
A ſe depulſum martem conuertit in ipſos.
Terrigenæ pereũt per mutua uulnera fratres:
Ciuiliq; cadunt acie.gratantur achiui:
Victoreq; tenẽt:auidiſq; amplexibus hærent.
Tu quoq; uictorem cõplecti barbara uelles.
Obſtitit incœpto pudor.at complexa fuiſſes:
Sed te ne faceres:tenuit reuerentia famæ.
Quod licet:affectu tacito lætaris:agiſq;
Carminibus grates & diis auctoribus horum:
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconem:
Qui criſta linguiſq; tribus præſignis: & uncis
Dentibus horrẽdus cuſtos erat arboris aureæ
Hunc poſtq̃ ſparſit lethæi gramine ſucci:
Verbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos:
Quæ mare turbatũ.q̃ concita flumina ſiſtunt:
Somnus in ignotos oculos ubi uenit:& auro
Heros æſonius potitur:ſpolioq; ſuperbus
Muneris auctorem ſecum ſpolia altera portãs
Victor iolciacos tetigit cum coniuge portus.
Aemoniæ matres pro natis dona receptis:
Grandæuiq; ferunt patres: congeſtaq; flamma
Thura liquefaciunt:indutaq; cornibus aurum

Victima uota facit.ſed abeſt gratantibus æſon
Iam proprior leto:feſſuſq; ſenilibus annis.
Tum ſic æſonides.o cui debere ſalutem
Confiteor coniunx:q̄q̄ mihi cuncta dediſti:
Exceſſitq; fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tñ hoc poſſunt(qd.n.nõ carmina poſſunt?)
Deme meis annis:& demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas.mota ē pietate rogãtis:
Diſſimilemq; aĩum ſubiit pater æeta relictus.
Non tamen affectus tales confeſſa:quod ĩnqt
Excidit ore tuo coniunx ſcelus? ergo ego cuiq̃
Poſſe tuæ uideor ſpatium tranſcribere uitæ?
Nõ ſinat hoc hecate.nec tu petis æqua:ſed iſto
Quod petis experiar maius dare munus iaſõ.
Arte mea ſoceri longum temptabimus æuum
Non annis renouaṙ tuis.modo diua triformis.
Adiuuet:& præſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes:ut cornua tota coirent:
Efficerentq; orbem.poſtq̃ pleniſſima fulſit:
Et ſolida terras ſpectauit imagine luna:
Egreditur tectis ueſtes induta recinctas.
Nuda pedem.nudos humeris ĩfuſa capillos:
Fertq; uagos mediæ per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus.hoĩes uolucreſq; feraſq;
Soluerat alta qes.nullo cum murmure ſerpẽs
Sopito ſimilis nullo cum murmure ſerpit:
Immotæq; ſilent frondes.ſilet humidus aer
Sidera ſola micant:ad quæ ſua brachia tendẽs
Ter ſe conuertit ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis:ternis & hiatibus ora
Soluit:& in dura ſummiſſo poplite terra:
Nox ait arcanis fidiſſima:quæq; diurnis
Aurea cum luna ſucceditis ignibus aſtra:
Tuq; triceps hecate:q̃ cœptis conſcia noſtris
Adiutrixq; uenis:cantuſq; arteſq; magorum:
Quæq; magnos tellꝰ pollẽtibus iſtruis herbis:
Auræq;:& uenti.monteſq;:amneſq; lacuſq;:
Diiq; oẽs nemoꝝ:diiq; omnes noctis adeſte:
Quoꝝ ope cum uolui:ripis mirãtibus amnes
In fontes rediere ſuos:concuſſaq; ſiſto.
Stãtia concutio cãtu freta.nubila pello:
Nubilaq; induco uentos abigoq;:uocoq;
Vipereas rumpo uerbis & carmine fauces
Viuaq; ſaxa:ſua cõuulſaq; robora terra
Et ſiluas moueo:iubeoq; tremiſcere montes:

a cadmo fuiſſe iterfectũ.Nã ut pherecydes narrat. ps illoꝝ dẽtiũ a marte & pallãde cadmo tradita fuit Altera æete colchoꝝ regi:ut añ dixius. Spgit.diſſemiat. Seia p̄cicta ĩfecta potẽti ueneno:ut ex qbꝰ hoĩes armati ſint nati. Sati.ſẽiati.Vtq; hoĩs ſpeciẽ. Hac ſimilitudĩe declaraṫ quo mõ dẽtes ſerpẽtis figurã cõtraxerit hũanã. Per ſu.nu.p ſuas oẽs pticulas. Cõſurgit.cooriṫ. In ar.fœ.In agro fœcũdo q tot armatos pepit. Ar.ſi.edi.ſimul nata cũ illis hoĩbꝰ. Tor.Cũ ĩpetu mittere. Pelaſgi.Minyæ Theſſali. Ip ſa.quo.medea. Et ſu.ſi.ſã.Qui timẽt & pallidi & frigidi ſiũt.Timore nãq; ſãguis ad cor a phyſicis refugere phibeṫ. Gra.herbæ. Car.au.i cãtatõem opitulãtẽ. Se.ar.Magicas artes occultas. Mar.bellũ. Ci.a.pugna ciuili. Ter.ex terra gẽiti Gra.lætanṫ:Gratulãṫq; iaſõi uictori. Af.ta.amoṙ occulto. Et di.au.ho.diis ĩferis hecateq; i primis. Per.ſp uigilãtẽ. Supeſt.Reliquũ ẽ ex iis q̃ iuſſerat Aeæta. So.i ſõnũ adducere.Eoꝝ ãt ſeqt opionẽ Oui.q aiũt dracõæ ſopito uellus aureũ a iaſõe fuiſſe ablatũ.pherecydes nãq; draconẽ ſcribit ab iaſõe fuiſſe iterfectũ. Her.herbaꝝ uiribꝰ. Præ.iſignis. Au.ar.In q̃ uellꝰ aureũ ſuſpẽſũ erat.In phago nãq; arbore ſuſpẽſũ a uaſto & mõſtroſæ magnitudis dracõe cuſtodiebaṫ ẽ ãt ſynæreſis & coagmẽtatio duaꝝ uocaliũ i unã ſyllabã.Niſi malimꝰ dicere uerſũ eẽ hypmetꝝ cũ p̄ſerti ſequẽs uerſus incipita uocali. Le.ſuc.ſõnũ obliuionẽq; iducẽtis.λήθη.n.uñ lethæꝰ declinaṫ:obliuio dṙ. Ver.fa.Carmia iducẽtia. Si.ſtare faciũt.Auro.aureo uellere.Fere ãt oẽs aureũ fuiſſe uellꝰ ſcribũt.ſimõides uero mõ albũ mõ purpureum illud uocat.He.æſo.Iaſõ æſõides.Poſſeſſiuũ.n.p p̄onymico poſuit. Mu.au.Medeã q̃ auctor & cã fuit:ut iaſõ uellere aureo potireṫ. Vi.uoti cõpos. Ce.por.Sic qdẽ fere legiṫ:ſicq; legẽdũ eẽ ego quoq; oli cõtẽdi.nũc cũ iuetuſto exẽplari aĩaduerterĩ colchiacos ſcriptũ eẽ:facile i eã ſũ adductꝰ opionẽ ut ſentiã colchiacos i iolciacos eẽ cõmutãdũ.Eſt.n.iolchos q̃ & ioalchos dṙ ab Ho.urbs theſſaliæ Iaſonis p̄ria ab iolcho Amyri filio dicta:ut Stephanꝰ de urbibꝰ ſcribit.Vñ iolciꝰ & iolciatꝰ decliaṫ.Tãetſi is q hoc egregiũ opꝰ e latia i græcã liguã trãſtulit:cecropias turres legat:hoc ẽ Καικροπιοῦσ πύργουσ Sed & ipſe i deprauatũ iciderat exẽplar.De iolco ãt meminit & Seneca.An maris uaſti dõitrix iolcos. Ae.ma.Theſſalæ.nã theſſalia uariis noibꝰ fuit appellata.Siqdẽ & æmõia & pyrrhoolia a pyrrha deucaliõis uxore fuit cognomiata.Hæc uero ad copulatõem ſeqntis metamorphoſeos narrãṫ.iaſõ.n.cũ medea a colchis reuerſus cũ æſonẽ p̄rem ſenio cõfectũ offẽdiſſet:uxorẽ medeã rogauit ut ſibi ademptos annos p̄ri appõeret.Medea uero maiꝰ q̃ petebaṫ pollicita:uariis undiq; herbis collectis:unaque cõcoctis æſonẽ iã decrepitũ apponeret Medea uero maiꝰ q̃ petebaṫ pollicita:uariis undiq; herbis collectis:unaq; cõcoctis æſonẽ iã decrepitũ ad quadragita ãnoꝝ ætatẽ reuocauit. Do.fe.tẽplis ſubaudiatur.Diis.n.ſacrificabãt pp filioꝝ reditũ. In.au.iduta hñs cornua auro.Victiaꝝ nãq; cornua iaurabãṫ. Vo.fa.pagit uota. Gra.gr̃as diis agẽtibꝰ. Iã p.l.Iã morti p.Tũc ſic æſonides Dixit ſubaudiatur.

Aeſon ex h cre pito iu uenis

Et mugire ſolum:maneſq; exire ſe pulchris.
Te quoq; luna traho:q̄uis temer͵ata labores
Aera tuos minuāt:currus quoq; carmine nr̄o
Pallent ac pallet noſtris aurora uenenis.
Vox mihi tauroꝝ flammas hebetaſtis:& unco
Haud patiens oneris collū preſſiſtis aratro.
Vos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemq; rudem ſomno ſopiſtis:& aurum
Vindice decepto graias miſiſtis in urbes.
Nūc opus ē ſuccis:per quos renouata ſenect⁹
In florem reddeat:primoſq; recolligat annos.
Et dabitis.neq; enim micuerunt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra uolucrū tractus ceruice draconū
Currus adeſt.aderat demiſſus ab æthere curr⁹
Quo ſimul aſcendit:frænataq; colla draconū
Permulſit:manibuſq; leues agitauit habenas:
Sublimis rapitur:ſubiectaq; theſſala tempe
Deſpicit:& cretis regiōibus applicat angues.
Et quas oſſa tulit:quaſq; altus pelion herbas,
Othryſq; & pindus:& pindo maior olympus
Perſpicit:& placitas partim radice reuellit.
Partim ſuccidit curuamine falcis ahenæ.
Multa quoq; apidāi placuerunt gramina ripis.
Multa quoq; āphryſſi.nec eras imunis enipeu
Necnon peneus.necnon ſperchiades undæ
Contribuere aliquid:iuncoſaq; littora bœbes.
Carpſit & euboica uiuax anthedone gramen
Nondum uulgatum mutato corpore glauci:
Nona dies illam curru penniſq; draconum:
Nonaq; nox omnes luſtrantem uiderat agros
Cum rediit.nec erant tacti niſi odore dracōes:
Et tamen annoſæ pellem poſuere ſenectæ.
Conſtitit aduenicns citra limenq; foreſq;.
Et tantum cælo tegitur.refugitq; uiriles
Contactus:ſtatuitq; aras e ceſpite binas.
Dexteriore hecates:at læua parte iuuentæ.
Has ubi uerbenis ſiluaq; icinxit agreſti:

O cui debere ſalutem. Gratū ſe oñdit eſſe iaſon:quo facilius id qđ uult ĩpetrare poſſit. Eſt aūt ordo & ſenſus. O cōiunx cui me cōfiteor debere ſalutē:qꝗ mihi cūcta dediſti & ſūma ac magnitudo tuoꝝ meritoꝝ fidē ſupauit: Tñ deme mihi annos & dēptos appone meo pr̄i. Si carmina hoc efficere poſſūt. reliqua p parentheſim legunť. Diſſimilē aium. impiū:qui nulla parētis pietete moueri ſolit⁹ ē. Nō tñ affectus tales. non tñ inqꝗſe ulla teneri patris æetæ pietate cōfeſſa ē medea. Ergo ego cuiq̄. Amātis ſeruat decoꝝ mulieris: ꝗ amati annos ꝓducere potius ꝗ abbreuiare ſemp cupit. Qu are indignať Medea:qđ iaſon tā paꝝ ab ipſa ſe amari putet: Vt poſſit ipſi demere annos:quos alii attribuat. Er go aūt hoc loco affectui & īdignationi ſeruit. Sic Auguſt⁹. Ergo ne ſupremis potuit uox īproba uerbis. Trāſcribere. trāſponere. Cuiq̄. alicui qui mihi te ſit carior. Nec tu petis æqua. honeſta. Diua triformis. Hecate ueneficioꝝ carminūq; auctor. pſens ꝓpicia. Annuat. cōſentiat. Vt cornua tota coirēt. hoc eſt ut cornua lunæ tota cōplerenť atq; cōiungerēť ut pleniluniū fieret. Nudos hūeris īfuſa capillos. Synegdoche poetica. Hoc eſt. p nudos hūeros ſparſos capillos hñs. Soluerat alta qes. intēpeſtā mediamq; noctē fuiſſe oñdit:quo tpe oīa in ſomnum aīalia reſoluunť. Irrorauit. inſpſit. Ternis & hiatibus ora ſoluti. Ter os inquit apuit. Summiſſo poplite. Summiſſis gēibus:ac flexis. Nox ait arcanis fidiſſima: iuocatōes pceſq; Medeæ deſcribit poeta ueneficæ maxie cōuēiētes. Diurnis ignib⁹. ſoli. Triceps Hecate. Luna ꝗ eadē eſſe cū diana: ac ꝓſerpina dr̄. Idcircoq; & triceps & triformis uocatur. Veneficaꝝ aūt dea ē hecate:ꝗ ab apollonio ēt brimo uocať pp deæ horrorē. Cātus. incātamenta. Adeſte. auxilio eſte. Cōcuſſaque ſiſto. agitata ſtare facio. Stantia freta. Maria quieta. Nunꝗ .n. ſtat mare. Te quoque luna traho. De cælo detraho. Nā ueneficæ finguntť carminib⁹ lunā e cælo detrahere. Hoc aūt ſibi facere uidebātur theſſaliæ mulieres olī deceptæ ab Aglaonice Hegemonis filia:ꝗ cū aſtrologiæ pita eſſet defectuſque lunæ cognoſceret: iactabat ſe lūa de cælo detrahere eo tpe quo deficiebat. Qua re ī maximas incidit calamitates tātæ īpietatis pœnas luens. Vñ & ꝓuerbiū ortū eſt. Lunā detrahit in eos q a calamitatib⁹ uexētur. Temerata æra pcuſſa ærea uaſa. Temerare aūt ſignificat uiolare. uaſa uero tū cū pulſanť uiolari uidentur. Crediť aūt uulgo luna Veneficaꝝ carminibus deficere:ꝗ ne ad ipſā poſſint puenire: tinnitu æreoꝝ uaſoꝝ occurriť. ¶ Currus quoque tui ſub audianť. Nā & luna curru ut ſol dr̄ uehi. Vos mi. in gr̄am meā. Hebetaſtis. hebetes reddidiſtis ſic ut cōburere nō poſſēt. Vos ſer. e dētib⁹ ſerpentū genitis hoīb⁹. In ſe. cōtra ſeipſos. Rudē ſō. ſic quidē legiť expōiturq; exptē ſōni draconē atque puigilē. Sed cū hoc nomē rudis genitiuo iūgať: aut ſōni mihi uť legēdū. aut certe rudē ī rubꝝ uertēdum quo qdē mō is q ī græcā linguā hoc opus cōuertit legere uť. hoc ē φοινικοῦν φιλακά: ut ad criſtas & ocſos rubentes referamus. Aurū: aureū uellus. Vidice. cuſtode dracōe. Volucrū draconū: alatorū a quibus Medea uehebať. Permulſit: Blande ptractauit. Sublimis rapiť. In altū aerē tolliť. Deſpicit. Deorſum aſpicit. Et cretis. Secretis ac ſemotis Quaſque altus pelion. Figurate dictū eſt. Altus .n. ad mōtē referť. Sūt aūt mōtes hi oēs Theſſaliæ: de qb⁹ multa ī ſupiorib⁹ dixius libris. Per. diligēter īſpicit. Radice. cū ꝓpoſitio ſubaudiať ut cū radicib⁹ euulſas herbas ītelligam⁹. Curuamie falcis ahenæ. Falce ærea curua.

Temerare

Multa quoq; eridani. Non ſolũ inquit in mõtibus: ſed ẽt in fluuiorũ ripis herbas collegit Medea. Cũ aũt theſ
ſaliæ fluuios enumeret poeta: iportune admodũ de Theſſalia in Italiã ad Eridanũ fingit̃ trãſiliſſe Medea. Qua
re loco eridani cõtenderim Apidani eſſe legendũ: cũ pſerti apidanus: ut añ quoq; dixim⁹: Notiſſimus Theſſa/
liæ ſit fluuius. Nec eras imunis enipeu. Apoſtrophe ad fluuiũ: quem imunẽ. hoc eſt ſine munere nõ fuiſſe ait:
quia medea i illius quoq; ripis multas collegit herbas. Iuncoſaq; littora phœbes. Sic quidẽ legit̃: ſed corru/
pte: ut mihi uĩ. Neq;. n. phœbe locus eſſe i Theſſalia: qđ ſciã inuenit̃. Tametſi quidã impiti Phœbẽ pro Delo i
ſula putent accipiẽdã: qđ phœbi & phœbes: hoc eſt
Apollinis & dianæ patria eſſe dicat̃. Sed cũ Theſſa
liæ loca peragraſſe Medeã: poeta ſcribat inẽpta eſſe
iſta expoſitio coarguitur. Mihi uero loco phœbes
placet bœbes legendũ: ut q̃ minimũ poſſumus a ſi
militudine noium diſcedamus. nã ut i nono refert
Stra. Bœbe urbs Theſſaliæ fuit bœbeidi lacui adia
cens. Videt̃ aũt poeta. Bœbem ꝓ bœbeide lacu po
ſuiſſe: cuius littora iũcoſa a iuncorũ multitudie uo
cat. Huic aũt meæ correctõi ẽt apollonii interpres
ille græcus aſtipulat̃. Nec nõ pene⁹. Fluui⁹ ẽ Theſ
ſaliæ peneus q & araxes fuit uocatus: eo qđ oſſã ab
rumpit ab olympo. uñ ẽt araxes harmeniæ fuit ap
pellatus. Et Euboica anthedone. anthedõ urbs
eſt bœotiæ ab anthedone dicta Dii filio: cuius pr̃
fuit anthus neptuni filius ex alce abãtis filia. Eſt &
alia anthedõ in phœniciæ uñ anthedõius & anthe
donites declinant̃. Viuax gramẽ. ab effectu: qđ
uitã & reddat & cõſeruet. Nõdũ uulgatũ. nondũ
uulgo notũ. In trãſcurſu ãt poeta glauci quoq; me
tamorphoſin tãgit: q̃ tñ in tertio decio libro copio
ſe deſcribit. Nã glaucus cũ eſſet piſcator: aiaduertit
piſces tactu cuiuſdã herbæ i mare reſiliẽtes: q̃ qdẽ
cũ & ipſe guſtaſſet: i mare exiliuit: ac in deũ marinũ
cõuerſus Scyllã ueheméter amauit. Nec erãt ta/
cti. Aliã quoq; metamorphoſin tãgit. Nã dracones
illi alati odore tñ herbarũ: quas medea collegerat:
ſenectã depoſuerũt. Et tñ cælo tegit̃. nõ ẽt tecto
ſub diuo ãt eã pnoctaſſe: Nec domũ intraſſe ſignifi/
cat poeta. Statuit. erexit. Iuuentæ. Iuuenilis æta
tis deæ. Egeſta tellure. extracta terra. Scrobi/
bus foſſis. Velleris atri. ouium nigrarũ: quæ He/
cate aliiſq; diis inferis ſunt gratæ. Carchesia. ua/
ſa ſunt ad potandum accommodata. Vergili⁹ pri/
mo æneidos. Hic duo rite mero libans Carcheſia
baccho. Carcheſia etiam dicuntur ſummæ nauis
mali partes: per quarũ foramina funes immittunt̃.
Poſcit. inuocat. Vmbrarũ regem. plutonẽ. Ra
pta cum coniuge. Cum proſerpina in Sicilia a plu/
tone rapta. Fraudare. priuare. Effœtum. uiri/
bus euacuatum. Plenos. perfectos. Porrexit.
extendit. Carmine incantatione. prophanos. nõ
initiatos. Bacchantum ritu. Baccharũ more. Fla
grantes. ardentes. Multifidas. in multas partes
fiſſas. Tingit madefacit. Terq; ſenem flamma
Ter inquit ſenem purgat igne. aqua. ſulfure. hæc
enim tria purgatõibus ab antiqs adhibebant̃. Ae
monia ualle. In uallibus theſſaliæ. Extremo ori/
ente. ex ultima orientis parte. Pruinas lũæ. Quæ
a luna generant̃. Humiditatum. n. auctor eſt luna.

Bœbe

Peneus

Carchesia

arid⁹ oli/
uæ ram⁹
reuire
ſcit

Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultroſq; in guttura uelleris atri
Coniicit: & patulas perfundit. ſanguine foſſas.
Tum ſuper inuergens tepidi charcheſia lactis:
Alteraq; inuergens liquidi carcheſia mellis:
Verba ſimul fondit: terrenaque numina poſcit:
Vmbrarumq; rogat rapta cum cõiuge regem:
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos ubi placauit p̃cibuſq; & murmur̃ lõgo:
Aeſonis effœtum proferri corpus ad aras
Iuſſit: & in plenos reſolutum carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis
Hic ꝓcul æſonidẽ, ꝓcul hic iubet ire miniſtros:
Et monet arcanis oculos remouere ꝓphanos.
Diffugiunt iuſſi. ſparſis medea capillis
Bacchantum ritu flagrantes circuit aras:
Multifidaſq; faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit: & infectas geminis accendit in aris.
Terq; ſenẽ flamma, ter aqua, ter ſulfure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet: & exultat: ſpumiſq; tumentibus albet.
Illic æmonia radices ualle reſectas:
Seminaq;: & flores: & ſuccos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides oriente petitos:
Et quas oceani refluum mare lauit harenas.
Addidit exceptas lunæ de nocte pruinas:
Et ſtrigis infames ipſis cum carnibus alas.
Inq; uirum ſoliti uultus mutare ferinos
Ambigui proſecta lupi. nec defuit illis
Squãmea cinyphei tenuis mẽbrana chelydri:
Viuaciſq; iecur cerui: quibus inſuper addit
Ora caputq; nouem cornicis ſæcula paſſæ:
His & mill aliis poſtq̃ ſine noie rebus
Propoſitũ inſtruxit mortali barbara munus:
Arenti ramo iampridem mitis oliuæ
Omnia confudit: ſummiſq; immiſcuit ima.
Ecce uetus calido uerſatus ſtipes aheno
Fit uiridis primo. nec longo tempore frondes:

Guttæ a q̄ i floreſ — Et ſtrigis īfames. Strix auis eſt nocturna magno capite roſtro & unguibus adūcis. ut in ſexto faſtorū deſcribit Oui. Vulg⁹ aūt putat ſtriges nō eſſe aues: ſed uetulas q̄ ſe ueneficio quodā ī aues cōuertūt infanteſq; dormiētes aggrediunt̄ ac eorū ſanguinē ita exſugūt: ut aut mortui īueniant̄ in cunis: aut diu uiuere nō poſſint. Vñ & poeta hoc loco ſtrigis alas infames ait: & uulgus ueneficas oēs ſtrigas uocat Sane ſtriges a ſtridēdo ſūt cognominatæ: ut facile ex his Ouidii carminibus cōſtat. Eſt illis ſtrigibus nomē: ſed nois huiu⁹ Cā: q̄ horrēda ſtridere nocte ſolent. Inq; uirū ſoliti: Lupi ēt inq̄t ſoliti ſe ī hoīem

Nutriceſ bacchi iuueneſcunt — cōuertere particulæ huic medicamēto additæ fuerunt. Proſecta īteſtina a pſecando & recidēdo dicta. Alludit aūt ad id qđ de lupis Pli. inq̄t. Hoies in lupos uerti rurſuſq; reſtitui ſibi falſū eſſe exiſtiare debemus: aut credere oia q̄ fabuloſa tot ſæculis cōperim⁹. ide tñ ait dictos fuiſſe uerſipelles. Cinyphei chelydri. Serpentis libyci. nā cinyps fluui⁹ eſt lybiæ qui īter duas ſyrtes in mare lybicū exit. Chelydri uero ſerpentes aquatici dñr. Viuacis cerui. Diu uiuētis. Nouē ſæcula. Tot. n. annos cornices

Peliæ cædes — uiuere dñr. Mortali. æſoni: quē ex ſene: ac decrepito poti⁹ iuuenem Medea erat effectura. Mitis oliuæ. ab effectu qđ oleum oia mitia reddat ſiue qđ paci dicata eſt oliua. q̄ mites ac māſuetos hoies reddit. Ecce uetus. Repente aridū oliuæ ramum uiridem eſſe factū oñdit. Vet⁹ ſtipes. Aridus oliuæ ramus. Hanc aūt in trāſcurſu metamorphoſin ſignat.

Grauidis. Succo plenis. At quacunq; cauo ſpumas eiecit aheno. Aliā item metamorphoſin deſcribit poeta. nā guttæ ſpumeæ ui ignis ex aheno feruenti in terrā eiectæ ī uarios flores fuere conuerſæ.

Vernat hum⁹. Variis opitur florib⁹. Tunc. n. humuc uernare dr: cum uariis ueſtit̄ herbis. Surgūt

Aries in agnum — oriunt̄. Recludit. apit. Rapuere. celeriter acce pere. cōtraxere. Situs. Squallor. eſt. n. ſitus fœda q̄dam lanugo ex hūero pcreata in locis pſerti ſole carentibus. Verg. p loca ſenta ſitu. Inde fit ut corpa illota ſitū cōtrahere dicamus: & ſquallorem q ēt pedor uocatur. Supplent̄. īplent̄. Adiecto corpe. adiecta carne rugæ tollunt̄. Luxuriant. laſciuiūt: Tūc aūt membra luxuriare dñr: cum ualde pinguia atq; nitida uidentur. Aeſon mirat̄. Stupeſcit. Et olim ante quater denos. hoc ē ſe ante quadraginta ānos natū fuiſſe recordat̄. p quod ſignificat æſonē ex decrepito ſene in uirū quadraginta annos natū fuiſſe conuerſū. Diſſimilem aium. nam aius una cū ætate mutatur. Alius eſt. n. animus iuuenis. ali⁹ uiri. ali⁹ ſenis. Aetate relicta. Depoſita ſenectute. Viderat. ex alto. Bacch⁹ cum uidiſſet ex decrepito ſene iuuenē factū æſonē: Medeam rogauit: ut nymphas quoq; ſuas nutrices iuuenilib⁹ annis reſtitueret: qđ facile a medea īpetrauit. Hoc aūt ab Aeſchilo ſūpſiſſe uidetur Ouidius. Is. n. in comœdia quæ inſcribit̄ nutrices bacchi cum ſuis uiris recoctas iuuenili ætati Medea fuiſſe reſtitutas.

Induit: & ſubito grauidis oneratur oliuis.
At quacunq; cauo ſpumas eiecit aheno:
Ignis: & in terram guttæ cecidere calentes.
Vernat hum⁹: floreſq; & mollia pabula ſurgūt
Quæ ſimulac uidit: ſtricto medea recludit
Enſe ſenis iugulum: ueteremq; exire cruorem
Paſſa replet ſuccis: quos poſtq̄ combibit æſon
Aut ore acceptos aut uulnere: barba comæq;
Canicie poſita nigrum rapuere colorem
Pulſa fugit macies. abeūt pallorq; ſituſq;.
Adiectoq; cauæ ſupplentur corpore rugæ.
Membraq; luxuriant. æſon miratur: & olim.
Ante quater denos nunc ſe reminiſcitur annos
Diſſimilemq; animum ſubiit ætate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber: & admonitus iuuenes nutricibus annos
Poſſe ſuis reddi: capit hoc a colchide munus.
Neue doli ceſſent odium cum cōiuge falſum
Phaſias aſſimulat: peliæq; ad limina ſupplex
Cōfugit: atq; illam: quoniā grauis ipſe ſenecta
Excipiunt natæ: quas tempore callida paruo
Colchis amicitiæ fallacis imagine cepit.
Dumq; refert inter meritorū maxima dēptos
Aeſonis eſſe ſitus: atq; hac in parte moratur:
Spes eſt uirginibus pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem,
Idq; petunt iuuenes, precium ſine fine, paciſci,
Illa breui ſpacio ſilet: & dubitare uidetur.
Suſpenditq; animos ficta grauitate rogantū,
Mox ubi pollicita eſt, quo ſit fiducia maior
Muneris huius ait, qui ueſtras maximus æuo
Dux gregis inter oues: agnus medicamine fiet
Protinus innumeris effœtus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu:
Cuius ut æmonio marcentia guttura cultro
Fodit: & exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Mēbra ſimul pecudis ualidoſq; uenefica ſuccos
Mergit ī ære cauo, minuunt ea corporis artus
Cornuaq; exurunt: necnon cū cornibus annos
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora, balatum mirantibus exilit agnus
Laſciuitq; fuga: lactentiaq; ubera quærit.
Obſtupuere ſatæ pelia: promiſſaq; poſtq̄
Exhibuere fidem: tum uero impenſius inſtant

Suis nutricibus.Nymphis:q̄ ut uidius infantē bacchū educarunt. Acholchide.Medea. Neue doli ceſſent.Medeæ ſubītelligat.Narrat āt queādmodum Medea ſenio cōfectū arietē agnum qdē effecit.peliā uero interemit:nā Medea cū peliā iaſoni inimicū eſſe cognoſceret:quo facilius eū pdere poſſet:& ſe a iaſone odio hērī ſimulauit:& peliæ filias ſibi cōciliauit:q̄ cum uidiſſent arietē uetulum in agnū cōuerti:impenſius a medea petierunt:ut peliā ſibi parentē reſtitueret ætati iuuenili.ipſa uero eis pſuaſit ut ipſū interficerent:ac in uaſe aquæ pleno coquendū imponerēt:qđ qdem cū ppetraſſent ipſa a draconibus in aerē ſublata aufugit.Corinthūq; tandē puenit. Phaſias.a phaſi colchoꝝ fluuio declinata. Quoniā grauis ipſa ſenecta eſt.Rō cur eā pelias nō excepit. Cepit.ſibi cōciliauit & decepit. Refert.cōmemorat. Situs.ſquallores & ſeniū. Subiecta.iniecta.ꝑprie nāque ſpes iniici dr̄. Parili arte.pari artificio. Pretiū ſine fine paciſci cœpūt.ſubaudiendū. Sine fine.Maximū & immēſum. Ficta grauitate.Simulata rei difficultate. Rogantū.peliæ filiaꝝ. Dux gregis.Aries:qui ouiū dux eſſe uidetur. Innumeris annis.q̄ plurimis ānis. Effœtus.uiribus euacuatus. Pecudis.Arietis.Nā pec⁹ oē aial dicitur:humana effigie carens.Validos ſuccos.Magnæ potentiæ ſuccos.ut qbus Interfect⁹ aries nō ſolū uitæ fuerit reſtitutus:Sed ēt agnus effectus. Ea.illi herbaꝝ ſucci. Et tener balatus.hoc eſt.Teneri agni balatus.Balare āt uerbum eſt fictitium:ab ouiū uoce declinatū. Lactentia ubera.lacte plena. Exhibuere fidē.fecere fidē. Ter iuga.Tres inquit trāſierāt dies.Nā phœbus demere iuga fingit̄ eqs curꝛ ſolis trahētib⁹ nocte adueniēte.

In hibero flumīe.Hiberus hiſpaniæ ē fluui⁹:quē ꝓ oceano Atlātico ponere uī poeta. Fallax æetias.Medea fallēdi perita. Dederāt.effecerāt. Exigit.expellit. Et ſaniē.ſanioſū ſanguinē. Et ne ſit ſcelerata.Adeo acutum eſt hoc dictum ut cōtraria retinere uideatur.ne qua inquit ſit ſcelerata & impia non emittendo ſanguinem patris ſanioſum ſcel⁹ ppetrat ipſū interficiendo. Quæ niſi pēnatiſ Cerab⁹ nymphaꝝ ope diluuii tpe in auē cōuerſus altiſſimos Theſſaliæ mōtes aſcendit:ſicque aquaꝝ inundatōem uitauit. Pennatis.alatis. Philyræa tecta.Chirōis domū quē phllyra nympha ex Saturno:ut dixim⁹ pepit. Veteris cerābi:antiqſſimi.qppe qui añ diluuiū fuerit. Obruta.coopta. Deucaliōeas undas.Diluuiū qđ fuit tpe Deucalionis & pyrrhæ. Aeoliā pitanē.pitane urbs eſt æolica:uñ & æoliā poeta appellat:nō qđ ibi æol⁹ regnarit: ut quidam putant.ex pitana arceſila⁹ Academic⁹ fuit qui cum zenone:apud polemonē didicit. Tradūt apud pitanam lateres ſuper aquis fluitare. Factaque de ſaxo.Metamorphoſin ſerpentis in lapidē ſignat.Hic autem uidetur eſſe ille draco:qui ſpectātibus græcoꝝ ducibus apud Aulidem ſignificauit decimo tendem anno Troiam eſſe capiendam.cū enim in arborem aſcendiſſet:in qua auiculaꝝ nid⁹ erat nouē pullos primum.deinde eoꝝ matrem deuorauit.Quod cum uidiſſet Calchas decimo demum anno Troiam capi poſſe prædixit. Serpens uero illa ad perpetuam rei memoriam in ſaxeam Draconis imaginem fuit commutata. Idæumq; nemus.Idas duas eſſe certum eſt.alterā in Creta.alteram in phrygia.De phrygia uidet̄ poeta ſentire.

Ter iuga phœbus equis ī hibero flumīe merſis
Dempſerat: & quarta radiantia nocte micabāt
Sidera: cum rapido fallax æetias igni
Imponit purum laticem & ſine uiribus herbas.
Iamq; neci ſimilis reſoluto corpore regem
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat:
Quē dederāt cātus: magicæq; potētia linguæ.
Intrarāt iuſſæ cum colchide limina natæ:
Ambierātq; torum.quid nūc dubitatis inertes:
Stringite ait gladios:uetereq; haurite cruorē:
Vt repleam uacuas iuuenili ſanguine uenas.
In manibus ueſtris uita eſt ætaſq; parentis.
Si pietas ulla eſt:nec ſpes agitatis inanes:
Officium præſtate patri:teliſq; ſenectam
Exigite: & ſaniem coniecto emittite ferro.
His ut quæq; pia eſt hortatibus:impia prima ē.
Et ne ſit ſcelerata:facit ſcelus.haud tamen ictus
Vlla ſuos ſpectare poteſt:oculoſq; reflectunt:
Cæcaq; dant ſæuis auerſæ uulnera dextris.
Ille cruore fluens:ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerq; toro temptat conſurgere: & inter
Tot medius gladios pallentia brachia tendens
Quid facitis natæ:quis uos in fata parentis
Armat ait:cecidere illis animiq; manuſq;.
Plura locuturo cum uerbis guttura colchis
Abſtulit: & calidis laniatum merſit in undis.
Quæ niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras:
Non exempta foret pœnæ.fugit alta ſuperq;
Pelion umbroſum philyræaq; tecta ſuperq;
Othryn: & euentu ueteris loca nota cerambi.
Hic ope nymphaꝝ ſublatus in aera pēnis:
Cum grauis īfuſo tellus foret obruta ponto:
Deucaliōeas effugit īobrutus undas.
Aeoliam pitanen a læua parte reliquit:
Factaq; de ſaxo longi ſimulacra draconis:
Idæumq; nemus:quo nati furta iuuencum
Occuluit liber falſi ſub imagine cerui.
Quaq; pater coryti parua tumulatus harena:
Et quos mæra nouo latratu terruit agros:
Eurypylique urbem:qua coæ cornua matres:

cerāb⁹ ī auem
Draco ī ſaxum
Iuuenc⁹ ī ceruū
Coæ mulieres cornutæ

Quo nati furta.Thyoneus bacchi filius iuuēcū phrygiis paſtorib⁹ abegerat.eū cū paſtores pſeqrent̄:bacch⁹
Thyoneū qdē in uenatorē:iuuēcū uero in ceruū cōuertit:qd cū ruſtici uidiſſent:a pſequēdo Thyonio deſtitert.
Quaqꝫ pr̄.Quis coryti pr̄ fuerit:aut ſit ſepultus nō memini me legiſſe.Forſitan uero Dolopis ſepulchꝛ̄ ſigni
ficat poeta de quo Apollonius ī prio argonauticō meminit:ut itelligamus Dolopē coryti pr̄em fuiſſe.Nā Do
lops Mercurii fuit filius:q in magneſa urbe uita fūctus iuxta littus fuit ſepultus:ut ſcribit Cleon ī primo argo
nauticon. Et quos mera ſuo latratu.Mera ut ſcribit Iginus Icari Atheniēſis erigones pr̄is fuit canis: q̄ Icaꝝ a
ruſticis occiſū ſuis ululatib⁹ Erigōe īdicauit.quoꝝ
caſū Iupiter miſeratis ī aſtris corpora eoꝝ deforma
**Telchies** uit.Itaqꝫ Icaꝝ bootē.Erigonē uirginē.Canē aūt ſua
appellatōe & ſpecie caniculā dixerūt:q̄ a græcis:qd
aū maiorē canē exorit̄:pcyō appellat̄. Euripiliqꝫ
**Puella i** urbē.Eurypilus Herculis fuit fili⁹ q in Co inſula re
**colūbam** gnauit augur pitiſſimus de quo Verg.Suſpēſi Eu
rypilū ſcitata oracula Phœbi mittimus. Qua cææ
cornua mr̄es. Cos iſula ē ægei a qua cous deriuat̄.
**Hyries,** nō cæus.Vn̄ coæ mihi legēdū ur̄.Mulieres āt Coæ
**filius in** cū ægre ferēt ab Hercule armēta geryoni erepta p
**cygnū** agros ſuos fuiſſe acta:Iunoni dn̄r cōuiciatæ.Quare
Iuno īdignata eas oēs ī uaccas traſſigurauit.Sāe Eu
rypili tres fuerūt a poetis decātati:quoꝝ prius Te
**Hyrie in** lephi filius regiōi Theutraniæ & Caico uicinæ īpa
**lacum** uit.Alter ormenii nepos.Nā ormeni⁹ duos ꝓcrea
uit filios Amyntorē & euenorē:e quoꝝ altero phœ
nicē ex altero eurypylum ortos eſſe Strabo refert.
Tertius Herculis filius.Eurypili uero urbē Con
eſſe accipiēdā admōet ēt Home.in catalogo cū iqt.
**Iambe** Quinqꝫ Niſyrō hn̄t celſā Carpathūqꝫ caſūqꝫ Eury
**in auem** pyliqꝫ urbē Con æquoreaſqꝫ calydnas. Phœbeāqꝫ
rhodon.Phœbo cōſecratā. Et Ialyſios Telchias.
Ialyſus una ē ex rhodi urbibus.Telchies aūt rhodi
populi fuerūt q cū oīa ſuo aſpectu ī peius cōmuta
**Mene** rent:ab ioue fuere ſubmerſi.Vn̄ & rhodos pri⁹ tel
**phron** chinis fuit appellata Nā Ophiuſa primū & æthræa
**Puer in** fuit dicta.deīde telchinis:eo qd telchies inſulā ico
**phocam** lerent:quos nōnulli faſcinatores & maleficos fuiſ
ſe aiūt:qd ſtygiā aquā aīalibus & ſtipibus perniciei
gr̄a inſpgerēt.nōnulli cōtrariū ſentiunt:qd artib⁹ p̄
ſtātes a ſimilibus artificibus iuidia hr̄ent̄.uñ hāc in
famiā:ut Stra.refert:ſūt aſſecuti:& primū ex creta in
**Fungi i** cypꝝ uenerūt.poſtea ī rhodō:primiqꝫ ferꝝ & æs in
**homies** uſu hūiſſedn̄r.Nā ēt harpen ſaturno fecerūt. Tel
chis qdē urbs eſt Aethiopiæ iuxta lybiā.Vn̄ telchi
tes & telchini⁹ deducunt̄.Creta quoqꝫ & ſicyō tel
chinia fuit appellata eiuſqꝫ īcolæ telchies. Antiq
cææ.Cæa iſula eſt q̄ a græcis & Cos & hydriuſa uo
catur:auulſa euboeæ:ut ſcribit Pli.& Oui.aliā eſſe a co inſula ſentit.Quingentis lōga ſtadiis fuit quondā:mox
quatuor fere ptibus:q̄ ad bœotiā uergebāt mari deuoratis.oppida ut dixi quatuor hēbat iulida.Carthæā.Ce
reſſam.phoceſſā:ex qbus duo itercidere cereſſa & phoceſſa.Ex hac ꝓfectā delectatōi fœis ueſtē auctor ē Varro
Carcheſia mœnia.Sic qdem legitur.ſed corrupte:ut mihi uidetur.Carthæia uero eſt legendum.Nā carthæa
una eſt ex quatuor urbibus ceæ inſulæ a cartheo ibi mortuo cognominata.carthæa item urbs eſt iberiæ. In
de lacus hyries.Hyrie fluuius eſt bœotiæ:de quo Home.in.ii.iliados.eſt ethyria regio iuxta Aulidē eſt & urbs
iſauriæ iuxta ſeleuciam.eſt ēt in Iapygia cretenſium opus.ſed lacus hyries iuxta tempe eſſe innuit poeta ſic di
ctos a caſu hyries quæ flendo amiſſum filium in fontē ſui noīs conuerſa fuit. Nam phyllius quidam amore fi
lii hyries captus:cum multa impio pueri pegiſſet.ei tauꝝ domitum negauit.Quod quidem ægre ferens pu
er ſe ex alto monte precipitem dedit:ſed miſeratione deoꝝ in cygnum fuit conuerſus. Delituit.ſic quidem
legitur:ſed cum a deliqueſcendo ueniat:delicuit p c ſcribendum uidetur:ut intelligamus eam in liquorem fu
iſſe reſolutam. Adiacet his pleuron in qua.pleuron ætoliæ urbs eſt. Vnde pleuronius. Opphias combe,

Geſſerunt:tunc cum diſcederet herculis agmē,
Phœbeamqꝫ rhodon & ielyſios telchinas:
Quorum oculos ipſo mutantes omnia uiſu
Iuppiter exoſus fraternis ſubdidit undis.
Tranſit & antiquæ carthæia mœnia cææ:
Qua pater alcidamas placidā de corpore natæ
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.
Inde lacus hyries uidet: & cygneia tempe:
Quæ ſubitus celebrauit olor.nā phyllius illic
Imperio pueri uolucreſqꝫ ferumqꝫ leonem
Tradiderat domitos.taurū quoqꝫ uicere iuſſus
Vicerat: & ſtricto totiens iratus amori
Præmia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus cupies dare dixit: & alto
Deſiluit ſaxo.cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix hyrie ſeruatum neſcia flendo
Delicuit:ſtagnumqꝫ ſuo de nomine fecit:
Adiacet his pleuron:in qua trepidantibus alis
Opphias effugit natorum uulnera iambe.
Inde calaureæ latoidos aſpicit arua
In uolucrem uerſi cum coniuge conſcia regis.
Dextera cyllene eſt:in qua cū matre menephrō
Concubiturus erat ſæuaꝝ more ferarum.
Cephiſon procul hinc deflentem fata nepotis
Reſpicit in tumidā phocen ab apolline uerſi:
Eumelique domum lugentis in aere natam.
Tandem uipereis ephyrē pirenida pennis
Contigit:hic æuo ueteres mortalia primo

Opphii filia:q̄ iābe ab interp̄te græco dicta ĩ auē:ne a filiis laceraret̄ fuit cõmutata. Inde calaureæ latoidos. Calaurea iſula ē iuxta cretā a calauro neptuni filio declinata. eſt ēt urbs locrorū. In qua maxime Latona colebatur. Vnde & latois uocat̄. In uolucrē uerſi. Hic fuiſſe uidet̄ Cæix rex Trachynæ:q cū tēpeſtate ĩ mari piſſet: Halcyoneq; ipſius uxor æoli filia flendo pire uellet: ambo ĩ aues halcyonides cõuerſi fuerūt: ut in. xi. Poeta plene deſcribit. Dextera cyllene ē. Cyllene mõs eſt arcadiæ Mercurii natiuitate notiſſim⁹ a Cyllene nympha cognominatus. Eſt ēt cyllene Elieſiū nauale. In qua cū mr̃e menephron. taxat Menephrona quendā poeta: quē cum

Corpora uulgarunt pluuialibus edita fungis.
Sed poſtq̄ colchis arſit noua nupta uenenis:
Flagrantēq; domum regis male uidit: utroq;
Sanguine natorum perfunditur impius enſis:
Vltaq; ſe mater male iaſonis effugit arma.
Hinc titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces: quæ te iuſtiſſime phineu:
Teq; ſenex peripha pariter uidere uolantes,
Innexāq; nouis neptem polyphemonis alis.
Excipit hanc ægeus facto dānandus in uno.
Nec ſatis hoſpitiū ē. thalami quoq; fœder̄ iūgit
Iamq; aderat theſeus proles ignara parenti:
Qui uirtute ſua bimarē pacauerat iſthmon.
Huius in exitium miſcet medea: quod olim
Attulerat ſecum ſcythicis aconiton ab oris.
Illud echidneæ memorante dentibus ortum
Eſſe canis: ſpecus eſt tenebroſa cæcus hiatu.
Eſt uia decliuis: per quam tirynthius heros
Reſtantē contraq; diem radioſq; micantes
Obliquantem oculos nexis adamante cathenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit uirides ſpumis albentibus agros:
Has concreſſe putant. nactaſq; alimenta feracis
Fœcundiq; ſoli uires cœpiſſe nocendi:
Quæ quia naſcuntur dura uiuacia caute.
Agreſtes aconita uocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens ægeus nato porrexit ut hoſti.
Sumpſerat ignara theſeus data pocula dextra:
Cum pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa ſui generis facinuſq; excuſſit ab ore.
Effugit illa necem nebulis per carmina motis.
At genitor q̄q̄ lætatur ſoſpite nato:
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine paruo
Committi potuiſſe nefas. fouet ignibus aras:
Muneribuſq; deos implet: feriuntq; ſecures

mr̃e coire nõ puduit. Cephiſon ꝓcul hinc. cephiſus fluuius ē bœotiæ p̄terlabēs Delphos: cuius fili⁹ ab Apolline in phocā: hoc ē uitulū marinū fuit cõuerſus. Eumeliq; domū. eumelus filius fuit admeti regis theſſaliæ: cuius filiā in auē cõuerſā fuiſſe: ait Oui. Ephyren pirenida. Corinthū: ĩ qua fõs eſt pyrene. Scite āt pyrenida adiecit. nā multæ urbes eodē noīe uocant̄: ut diximus. Apud corinthū uero antiquitus hoīes ferunt̄ ex fūgis ortos eē. Sed poſtq̄ colchis. Medea dolēs creuſā creōtis corinthiorū regis filiā a iaſone ſibi fuiſſe p̄latam quo die nuptiæ celebrabant̄: coronā ex naphtha: q̄ igni uel lõgius poſito ſtatī accendit̄ cūfectā uelut muneri nouæ nuptæ miſit: q̄ ex funalibus ignē cõcipiēs cum totā regiā cõbureret: Medea ſpectāte iaſone filiis laniatis a dracõibus alatis ĩ aerē ſublata Athenas aduolauit. ubi ægeus eā nõ hoſpitio ſolū: ſed ēt lecto ſibi copulauit: ex qua cū iā Medū filiū ſuſcepiſſet: theſeus ipſius qdē ægei filius. ſed quē pr̄ nondū uiderat: athenas aduēit: quē cū & ſibi & filio ualde medea timeret aconitū uenenū: qd e cerberi ſpūa natū eſſe aiūt: p̄parauit: ægeoq; pſuaſit: ut illi tāq̄ hoſti p̄beret. id uero cū Theſeus foret hauſturus: capulo enſis uiſo agnitus a pr̄e ꝓhibitus ē. Quare medea nubes carminib⁹ excitauit: qbus tecta una cū filio Medo theſei gladiū fugiēs ĩ aſiā aduolauit. Vbi ut ſtrabo narrat: a qbuſdā dr̄ cū iaſone regnaſſe: ac ueſtē tenuiſſimā qua utebat̄ de ſuo noīe Medeā appellaſſe. cū. n. ꝓ rege exirt faciē ſuā occultabat. huic Med⁹ fili⁹ regni ſucceſſor regiōi nomē fert̄ ĩpoſuiſſe. Colchis. colchicis. Noua nupta. Creuſa creontis corinthiorū regis filia. Vlta male. Quoniā mr̄ cū eēt: cões filios ĩterfecit. Titaniacis draconibus: q ex titanū ſanguīe nati eē dr̄. Palladias arces. athēas: ubi phine⁹ piphas & polyphemonis neptis ĩ aues fuere conuerſi. hæ uero fabulæ mihi ſūt ignotæ. Excipit hāc ægeus facto. Aegeus rex athenarū cõſuluit oraculū quo mõ ꝓlē uirilē ſuſcipe poſſet: a quo cū accipiſſet: ut pri⁹ q̄ Athenas reuerteret̄: cū muliere coieret ad pittheū Troexenis regē ꝓfectus ei oraculū cõmunicauit. Quo cognito pithe⁹ ei filiā Aethrā a neptuno uitiatā copulauit. inde uero ægeus diſceſſur⁹ uxorē iā grauidā ad ſaxū ſolā cū adduxiſſet: illi calceos gladiūq; ſubiecit. Vxori deīde mandauit: ut ſi maſculū peret: eū ad ſe nõ añ mitteret: q̄ adult⁹ ipſe p ſe reuoluto ſaxo gladiū & calceos tollēs ſecū ferret. Hinc. n. ægeus ſe cognitū ſpabat: an quē æthra foret pitura: ſibi filius eſſet. Theſe⁹ igit̄ ex illa natus ægei qdē fili⁹ putat⁹ ē cū neptuni foret. ut ſocrates ĩ helenes laudatōe ait. is uero cū adoleuiſſet ĩdicāte mr̄e & ſaxū reuoluit: & calceos & gladiū ſuſtulit: athēaſq; ꝓficiſcēs multos latrōes iſthmū obſidētes ĩterfecit, cū uero athēas pueniſſet: nõ ante a patre agnitus eſt: q̄ capulum gladii ſui: quem ſaxo pater ipſe ſubiecerat: aſpexit: quo cognito: poculum uenenatum ſtimulante Medea iam porrectum e filii manibus excuſſit.

Phineus & periphas in aues

Puella ĩ auem

Medea ad ægeū

Aconitū ex cerberi ſpūis

Vnde aconitū

Colla toroſa boum uinctoꝝ cornua uittis.
Nullus erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies.agitant conuiuia patres:
Et medium uulgus.necnon & carmina uino
Ingenium faciente canunt.te maxime theſeu
Mirata eſt marathon cretæi ſanguine tauri.
Quodq; ſuá ſecurus arat cremyona colonus
Munus opuſq; tuum eſt.tellus epidauria per te
Clauigeram uidit uulcani occumbere prolem.
Vidit & immitem cephiſias ora procruſten.
Cercyonis letum uidit cerealis eleuſis.
Occidit ille ſcinis magnis male uiribus uſus:
Qui poterat curuare trabes:& agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad alchathoen lelegeia mœnia limes
Compoſito ſcirone patet:ſparſiſq; latronis
Terra negat ſedem.ſedé negat oſſibus unda:
Quæ iactata diu fertur duraſſe uetuſtas
In ſcopulos.ſcopulis nomen ſcironis inhæret.
Si titulos annoſq; tuos numerare uelimus:
Facta prement annos.pro te fortiſſime uota
Publica ſuſcipius.bacchi tibi ſumius hauſtus.
Cõſonat aſſenſu populi precibuſq; fauentum
Regia:nec tota triſtis locus ullus in urbe eſt.
Nec tñ(uſq; adeo nulla ẽ ſyncera uoluptas:
Sollicitumq; aliquid lætis interuenit)ægeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.

Facto in uno.In hoc uno facto:quo Medeá hoſpitio ſuſcepit. Proles ignara.Ignota legendũ mihi uĩ:quis fere ignara legat. Aconitõ.herba ẽ pſentiſſimi ueneni απο τησ ακονησ.hoc ẽ a cote dictũ:qd ĩ cotibus naſcatur:ut nõ ſolũ Plinius:ſed ipſe quoq; ſcribit Oui. Echidneæ canis.Cerberi canis tricipitis.Nã ut refert Plinius in uigeſimo ſeptio naturalis hiſtoriæ:Fabulæ narrauere aconitũ e ſpumis cerberi canis ortũ: extrahẽte eũ ab inferis Hercule.Ideoq; apud heracleã põticã:ubi mõſtrat̃ eius ad ĩferos aditus:gigni.Euphorion aũt & Herodotus narrãt cerbeꝝ ex ĩferis ab Hercule extractũ atram bilẽ euomuiſſe:ex qua aconitũ ſit natũ. Specus eſt Iuxta Heracleã põticã:ubi Herculis ad ĩferos deſcẽſus mõſtrat̃.Nã ut in ſcdo argonauticon apollonius ait iuxta Heracleã põticã eſt acheruſias ꝓmõtoriũ ex cuius uaſto ſpecu ꝑ quẽ deſcẽdit̃ ad inferos: acheron orit̃. Tirynthius heros.Hercules a tiryntho pria cognomiat⁹ Reſtãtẽ.reſiſtẽtẽ. Nexis adamãte cateĩs.h̃ ẽ ex adamãte cõfectis:ac ꝑ h̃ firmiſſimis. Ternis latra.qa tria hẽt capita. Quæ qa naſcunt̃.Sic & Pli.q̃uis alia quoq; nois originem aſſignet:his qdẽ uerbis.Naſcit̃ ĩ nudis cautibus:quas aconas uocãt:& ĩde aconitũ dixere: nullo iuxta ne puluere qdẽ nutriẽte. Hãc aliq rõnẽ nois attulere Alii qm̃ uis eadẽ in mortẽ eſſet: q̃ cotibus ad ferri aciẽ deterendã:ſtatiq; admota uelocitas ſentiretur.

Thesei gesta

Cõiugis aſtu.uxoris aſtutia. Ignara dextra.Ipſe inſcius. Facinuſq; excuſſit.Venenũ ab ore filii repulit. At genitor q̃q̃.Theſei geſta cõmemorat poeta:quo cõmodius metamorphoſin ſcyllẽ ĩ auẽ cũ ſupiore fabula cõnecteĩ poſſit. Diſcrimie puo.parua differẽtia.paulũ.n.abfuit qn uenenũ theſeus hauriret. Colla toroſa.Craſſa ac pinguia. Vinctoꝝ cornua.hñtiũ cornua uittis colligata Null⁹ erechthidis.Athenieñſib⁹ ab erechtheo rege dictis. Ea aũt feſta theſeia a Theſeo uocata fuerũt. Agitant.celebrãt. Vino ĩgeniũ faciẽte.Sic Hor.Fœcũdi calices quẽ nõ fecere diſertũ. Te maxĩe theſeu Carmina refert:q̃ ĩ theſei laudẽ canebant̃. Theſe⁹.n.ægei filius ex æthra pitthei tot p̃clara geſſit:ut inter hercules unus nũeret̃. Nã & Tauꝝ ab euryſteo ĩmiſſũ atticã totã uaſtãtẽ ĩ Marathõe ĩterfecit.& uarios græciæ latrões ſuſtulit. Marathõ aũt cãp⁹ ẽ & ſilua iuxta Athenas a Marathõe Heroe ut pauſanias ſcribit cognomĩatus.Vñ Marathõius declinat̃. Cretæi tauri.Cretẽſis.Ex creta.n.ab hercule ad Euryſteũ ductus ẽ.nã minos:ut fert̃: Neptũo ſacrificatur⁹ uictimã optauit maieſtate illius dignã cui neptunus tauꝝ optulit pulcherrimũ.Eũ cũ ſeruare uellet Minos.iratus Neptunus tauro furorẽ ĩmiſit: a quo tota fere iſula fuit deuaſtata.Ad eũ domãdũ miſſus ẽ Hercules:quẽ uinctũ ad Euryſteũ duxit: Ab eo uero dimiſſus cũ atticã deuaſtaret a Theſeo fuit ĩterfectus. Quodq; ſuá crẽmyona.crẽmyõ uicus eſt iuxta corinthũ q diu a Crẽmyonia ſue mr̃e & Calydonii & Erimãthii aproꝝ fuit uexatus:q̃ a theſeo ĩterfecta ſecuros illius loci colonos p̃ſtitit.Eſt ẽt crẽmyõ urbs libyæ uñ Cremmiõi⁹ deriuat̃.Crẽmyõ qdem a græcis ꝑ duplex m ſcribit̃.Sed alteꝝ ab ouidio uerſus gr̃a p̃termiſſũ uĩ. Tell⁹ epidauria.epidaurus urbs eſt peloponẽſi æſculapii templo nobilis:q̃ ut Stra.refert.Epitaur⁹ antea uocabat̃. Clauigerã ꝓlem uulcãi.piphraſis eſt piphiti latrõis q iuxta epidauꝝ cũ hoſpites pimeret claua quadã:q̃ coryna uocabat̃:corynet⁹ fuit cognominatus.is a Theſeo tãdem:ut ſcribit Diod.fuit ĩterfectus. Vidit & imitẽ.procruſtes:ut idẽ ſcribit Diodor⁹:eo ĩ loco terræ atticæ q Curdal⁹ dr̃:latrocinia exercens cogebat hoſpites ſupra lectũ aliquẽ aſcendere: quo ſi lõgiores fuiſſẽt:ps ſupeminens ãputabat̃.Qui uero breuiores fuiſſent:pedib⁹ diſtẽdebãtur:a qua re procruſtes ẽt fuit cognominat⁹ Nã προκρουω uñ declinat̃:ſignificat ĩpello.Is quoq; a Theſeo fuit ĩterfectus. Immitẽ.crudelẽ. Cephiſias ora.regio q̃ a ceph⁹ſo Bœotiæ fluuio alluit̃. Cercyonis letũ.cercyon itẽ latro arcadicus:qui apud eleuſinam uiatores ad certamen ꝓuocabat:uictos ĩterficiebat:a Theſeo fuit ĩteremptus.Eleuſis ãt urbs eſt atticæ:ubi cereris eſt templũ:a qua cerealis fuit cognominata. Occidit ille ſcinis.Scinis latro fuit iſthmũ obſidens:ut i ꝙnto

Scironis oſſa ĩ ſcopulos

Procruſtes

Cercyon
Eleuſis
Scinis

refert Diodorus:qui duas pinus flectebat:ac utriq; hoīs brachia alligabat.deinde ſurſū emittens corpus ui diſcerptū maximo cruciatu afficiebat: Iſtum quoq; Theſeus iteremit. Tutus ad alcathoen. alcathoe eadē eſſe uidet̃ cū Megaris:urbs media iter peloponeſū.Atticā & bœotiā.q̄ ab Alcathoo pelopis filio.q Megareo regi ut pauſanias ſcribit:i regno ſucceſſit fuit denoīata.Cū.n.leo quē Citheroniū appellarūt:Enippū Megarei regis filiū interfeciſſet:Megare° ipſe & filiæ nuptias & regni ſucceſſiōem ei ꝓpoſuit:qui leonē citheronium ſtrauiſſet. alcathous uero Pelopis filius feram aggreſſus cum uictor euaſiſſet: regnum ſuſcepit ac inter alia quæ geſſit: templum ædificauit:quod agreſtis:& apollinis & Dianæ uoluit appellari. Lelegia mœnia.a lelege ædificata.nā ut idē pauſanias narrat:Megarenſes aiūt duodecim poſt Cara phoronei filiū ſæculis Lelega ex ægypto ꝓfectū regnū optinuiſſe eoq; regnāte ſe Leleges uocatos fuiſſe:qd qdē & Strabo ſignificat: cū inqt Cares cū prius leleges & iſulares eſſent:fauētibus cretenſib° q miletū cōdidere:in cōtinēte hitare cœpiſſe. Cōpoſito ſcirōe. Sepulto.ſublato.Sciron aūt latro fuit:q ea Megaridis loca hitauit:q̄ ab eo ſcironia ſaxa uocant̃. Is ꝑegrinos illac trāſeūtes cogebat ſeipſos de ꝑcipiti loco iactare:uel ꝺductos ſupra ſcopulū abruptū ipſe calce in mare ꝓiiciebat. Scopulis no. ſciro ihe. ut refert Stra. Scironides petræ atticis finib° īminēt:iuxta mare trāſitū nō relinquētes.Supra eas aūt uia ē in atticā.atq; megara ab iſthmo ducēs. Cauꝝ quoq; uentū ab illis ſaxis flantē ꝓcellaſq; ciētē ſcirona Athenieſ̄es uocāt.Fingit aūt poeta oſſa ſcironis ī mare ꝓiecti fuiſſe i ſcopulos cōuerſa. Facta ꝑmēt annos.hoc ē geſta tua numero annos ſuperabūt. Pro te fortiſſime uota. Theſeia ſignificat:q̄ feſta in Theſei honorē Athenieſ̄es inſtituerūt. Vſq; adeo nulla ē.parentheſis eſt:ſniam loco maxīe accōmodatā cōtinēs.Sūpta āt hæc ſnia eſſe uĩ ex quarto argonauticon Apollonii Vbi iaſonis Medeæq; nuptiæ i cercyræ antro celebratæ deſcribunt̃.Semp.n.inqt miſeroꝝ hoīum lætitiis ama ra aliqua ineſt triſtitia.

Bella parat minos:quī q̄q̄ milite.q̄q̄
Claſſe ualet:patria tamen eſt firmiſſimus ira.
Androgeiq; necem iuſtis ulciſcitur armis.
Ante tamen bello uires acquirit amicas:
Quaq; patēt adit°.uolucri freta claſſe pererrat
Hinc anaphen ſibi iungit.& aſtypaleia regna.
Promiſſis anaphen.regna aſtypaleia bello.
Hinc humilē myconē cretoſaq; rura cymoli:
Florētēq; tyron.cypron.planamq; ſeriphon:
Marmoreāq; paron.quāq; impia ꝓdidit arnē
Sithōis accepto quod auara popoſcerat auro.
Mutata eſt in auē:q̄ nunc quoq; diligit aurum
Nigra pedes.nigris uelata monedula pennis.
At non oliaros didymeq; & tenos & andros
Et gyaros:nitidæq; ferax peparethos oliuæ
Gnoſiacas iuuere rates.latere inde ſiniſtro

Sciron

Mōedu la auis

Bella pat minos.minoē iouis filiū ex europa regē fuiſſe cretæ notius ē:q̄ ut ſit expo nendū.Huic androgeus fili° fuit athletico certamine clarus:q cū athenis ex paleſtra uictoriā reportaſſet:maximā in ſe iuidiā cōcitauit.Quapp inſidiis ægei athenieſiū regis occiſus cū domū nō rediret:Minos pr̃ aduerſus athenieſes bellū mouit ipſis & peſtilētiā & famē imꝑcat°:ut androgei cædē ulciſceret̃.auctores plutar.& Diod. prius aūt q̄ oppugnare cœpiſſet athenas:uaria ſibi auxilia cōparauit:quaſdāq; iſulas expugnauit:quas enūerat poeta:ac ſi qua i his metamor.fuit facta deſcribit. Firmiſſimus.ferociſſimus. Ira pr̃ia.pr̃i cōueniēte ob filii cædē. Iuſtis armis.bello iuſto:qppe qd fuit ſuſceptū ꝑ filii cæde ulciſcēda. Quaque patēt adit°.quocūq; na uibus poterat ꝑuenire. Hic anaphen ſibi iūgit.anaphe iſula ē i cretico pelago una ex ſporadib° iuxta therā:q̄ a mēbliaro.q ūa cū cadmo ad q̄rēdā europā nauigauit:Mēbliaros fuit appellata.deīde argōautis a tēpeſtate uētis caligicq; optis:ſtati apollinis ope:ut Apollōius i quarto narrat:cū appuiſſet:anaphe ἀπο τοῦ ἀνάφαι νειν fuit cognomīata. Et hic ſtymphalea regna.ſtymphal° qdē urbs ē arcadiæ.Sed de hac mihi poeta ſentire nō uĩ:cū inſulas enumeret ſibi a minoe conciliatas.forſitan aūt deprauatus ē hic uerſus:q hinc aduerbio eraſo aſtypalæia expoſcere uĩ.Eſt.n.Aſtypalæa iſula:una ex cycladib° ab aſtipalæa ancæi mr̃e denoīata.nā antea a caribus hitata pirrha primū.deīde palæa.tū θεῶν Τραπεζα:hoc ē deoꝝ mēſa fuit appellata.Eſt āt ēt alia eiuſdem nois cū urbe iter rhodū & Cretā.Eſt & nomē duaꝝ urbiū quaꝝ altera eſt i Co inſula.altera i ſamo.Vñ aſtypalæus & aſtypaleata declinat̃.Hinc hūilē myconē.Mycōe q̄ & mycon° a Stra.uocat̃:una ē ex cycladib°.In ea uero inſula dr̃ iacere nouiſſimi gigātū ab hercule lapidib° obruti.Fere aūt myconii ſūt calui. Cretoſaque rura tymoli.Sic qdē corrupte.Cymoli uero ꝑ recte legit̃.eſt.n.cymolus q̄ & echinuſa iſula in cretico mari:una ex ſporadibus:a qua terra cymolia nūcupat̃:ut Strabo ſcribit:ad qd alludēs poeta cretoſa cymoli rura appellat.In illa nāque effodit̃ Creta:q̄ cymolia dr̃:purgādis ueſtib° apta. Florētēque tyron cypꝝ.hic quoque uerſus mihi uĩ eſſe deprauat°.Cū.n.poeta enūeret inſulas cretæ uicinas quas ſibi mios adiūxit:impite admodū ſporadib° atq; cycladib° tyron:q̄ phœniciæ adiacet:ac cypꝝ q̄ Syriæ admiſceret.Forſitā āt nō tyron ac cypꝝ:ſed Siphnū & ſcyron eſt legēdū.Siphnos.n.iſula ē cymolo ꝓpinqua uiſu ſpectabilis:a ſiphno Sunio dicta.Nā añ illū Merope uocabat̃ & acis:ut pli.ſcribit.Scyros āt una ē & ipſa ex cycladib° pr̃ia Lycōedis achillis & Deidamyæ nuptiis clara. Planāque ſeriphō.Seriphos una ē ex cycladib° adeo lapidoſa:ut q ſeriphiis cōuiciāt̃:id iſpecta obueniſſe gorgone cauſent̃.nā ut refert Strabo:i illa facta uulgāt̃ q̄ a poetis ficta fuerūt.Dyctem piſcatorē arcā addux ſſe retibus:in qua Perſe° cū mr̃e Danae cōtinebat̃:cū utrūq; pr̃ Acriſi° in mare ꝓieciſſet.In illa uero iſula perſeus edu

catus fuiſſe ꝓdit̃q cũ caput gorgõis alatũ ſeriphiis
oñdiſſet.uniuerſos mutaſſe i lapides idque i m̃ris
ultiõem factitaſſe:q̃ illis adiutoribus Seriphi rex
polydectes nuptiis inuitã adegiſſet. Marmoreãq;
paron.paros ẽt una ẽ ex cycladibus prio platea:dei-
de minois appellata:q̃ lapidẽ ꝓducit:quẽ pariũ uo
cant ad marmoreas ſculpturas aptiſſimũ.Ex ea na-
tus eſt archilochus poeta:q corrupte apud Strabo-
nẽ antilochus ẽ ſcriptus.Ad q̃d alludẽs Hora.inq̃t.
parios ego prius iãbos oñdi latio. Quãq; ĩpia ꝓ-
didit arnẽ Sithõis.q̃ nã fuerit illa ſithonis puella:q̃
accepto auro hoſtib⁹ Arnen inſulã ꝓdiderit:atq; in
mõedulã auẽ auri maxĩe furacẽ cõuerſa fuerit:ñ me
mĩ me legiſſe. Sithõis.thracia mulier.ẽ.n. ſithõia
thraciæ ps Macedõiæ finitia unñ ſithõiæ niues:apd
Verg.dñr. Velata monedula.tecta.coopta.mone
dula uero auis ẽ e gracculoꝝ genere ſic dicta:quaſi
monetula:ꝙ monetæ amore capiat̃. At nõ olea-
ros.didyme ĩſulæ ſũt ægei ex cycladib⁹:q̃ Mĩoi ad-
uerſus atheniẽſes auxiliũ nõ tulerũt.Oliaros aũt p
ĩ nõ p e in penultia ſcribit̃: ĩſula ẽ una ex cycladib⁹
Sidonioꝝ colõia:ut Heraclides põtic⁹ſcribit. Di
dymeq; ĩſula ẽ ex cycladib⁹ una:a figura ſic appella
ta gemella nãq; uĩ.didymi.n.gemelli dñr.eodẽ no
mine ĩſula ẽ in freto ſiculo una ex æoliis. Et te-
nos.ĩſula ẽ una ex cycladibus Tenos ut Strabo re-
fert:urbẽ non ſane magnã hñs ueꝝ Neptuni fanũ
ampliſſimũ i luco extra muros aſpectatu dignũ.in
eo capaciſſima diſcũbẽtiũ cõuiuaꝝ ædificata ſũt tri-
clinia:q̃d ſignũ ẽ frequentẽ finitimoꝝ multitudinẽ
eo cõuenire ſolitã:q una Neptuno ſacrificia celebra
rent. Et andros.una ẽ ex cycladib⁹ andros ab an-
dro Anii filio cognominata.gyaros ãt una ẽ ex ſpo
radibus. Nitideq; ferax peparethos oliuæ.pepa-
rethos ĩſula eſt una ex cycladib⁹ oleo abũdãs. Oe
nopiã minos petit.ſic q̃dẽ in oĩb⁹ q̃ mihi uidere cõ
tigit exẽplaribus legit̃. Sed niſi apud ſtrabonẽ eſt
mendũ:œnonã legendũ ẽ.nã q̃ inſula poſtea ægia
fuit appellata:ab ægina æaci matre: quã iupiter:ut
ſcribit Dio.ex phliũte raptã in inſulã trãſtulit inſu-
lam:antea œnona ut Stephan⁹ẽt ſcribit:Vñ œnõe⁹
œnoniuſq; decliat̃. Deniq; apud græcoꝝ queq̃ nõ
memini me œnopiã legiſſe uocabat̃.Fuit ãt inſula
nobiliſſima ut q̃ & maris olĩ tenuerit impiũ:& æaci
daꝝ origo fuerit.Sãe ægina locus eſt ẽt Epidauriæ
terræ. Sed ipſe æacus æginã.æacũ iouis fuiſſe fi
lium cõſtat:cui tres filii fuerũt Telamon.Pele⁹pho
cus. Admõitus p̃ri luctus.paternæ mœſticiæ:quã
de filio cõcepat. Populoꝝ centũ.Nã Creta centũ
olim urbes hũiſſe fert̃. Tumulo.filii ſepulchro.
Huic aſopiades.æac⁹ Aſopi nepos.ægina.n.æaci
mr̃ filia fuit Aſopi fluuii. Stabũt magno.cõſtabũt.
Lyctia cretẽſis.a lycto Cretæ urbe a Lycto deuca
lionis filio cognominata. Veteris formæ.priſti-
næ pulchritudĩs:Nã cephalus:ut ẽt pauſanias ſcri-
bit:formoſiſſimus fuit. Popularis oliuæ.in attica
natæ populoue gratæ. Maior hẽt.cã cur a dextra
læuaq; cliton & buten hñet.Maiores.n.natu in me

Oenopiam minos petit æacideia regna.
Oenopiam ueteres appellauere.ſed ipſe
Aeacus æginam genitricis nomine dixit.
Turba ruit:tantaq; uirum cognoſcere fama
Expetit.occurrunt illi Telamonq;:minorq;
Quã telamõ peleus:& proles tertia phocus.
Ipſe quoq; egreditur tardus grauitate ſenili
Aeacus:& quæ ſit ueniendi cauſa requirit.
Admonitus patrii luctus ſuſpirat:& illi
Dicta refert rector populorum talia centum.
Arma iuues oro pro nato ſumpta:piæq;
Pars ſis militiæ.tumulo ſolatia poſco:
Huic aſopiades petis irrita dixit:& urbi
Nõ facienda meæ.neq; enim cõiunctior ulla
Cæcropidis hac eſt tellus.ea fœdera nobis.
Triſtis abit:ſtabuntq; tibi tua fœdera magno:
Dixit.& utilius bellum putat eſſe minari:
Quã gerere:atq; ſuas ibi pconſumere uires.
Claſſis ab Oenopiis etiam nunc lyctia muris
Spectari poterat cum pleno concita uelo
Attica puppis adeſt:& portus intrat amicos
Quæ cephalum patriæq; ſimul mãdata ferebat
Aeacidæ iuuenes longo poſt tempore uiſum
Agnouere tamen cephalum dextraſq; dederũt
Inq; patris duxere domum.ſpectabilis heros
Et ueteris retinens etiam nunc pignora formæ
Ingreditur ramum tenens popularis oliuæ
Et dextra leuaq; duos ætate minores.
Maior habet clyton & buten pallãte creatos.
Poſtq̃ congreſſi primi ſua uerba tulerunt
Cæcropidæ:cephalus peragit:mãdata: rogatq;
Auxilium fœduſq; refert:& iura parentum
Imperiumque peti totius achæidos addit.
Sic ubi mandatam iuuit facundia cauſam:
Aeacus in capulo regni nitente ſiniſtra
Ne petite auxilium:ſed ſumite dixit athenæ.
Nec dubie uires:quas hæc habet ĩſula:ueſtras
Ducite:& omnis eat rerum ſtatus iſte mearũ.
Robora nõ deſunt.ſuperat mihi miles & hoſtis
Gratia diis.felix & inexcuſabile tempus.
Immo ita ſit cephalus.creſcat tua ciuibus opto
Vrbs ait:aduenions equidẽ modo gaudia cœpi
Cum tam pulchra mihi.tam par ætate iuuẽtus
Obuia proceſſit.multos tamen inde requiro:
Quos quõdã uidi ueſtra prius urbe receptus.

Aeacus ingemuit: triſtiq; ita uoce locutus.
Flebile principium melior fortuna ſecuta eſt.
Hanc utinam uobis poſſẽ memorare. ſine ullo
Ordie nũc repetã. neu lõga ãbage morer⁹ uos:
Oſſa ciniſq; iacẽt: memori quos mente reqris:
Et quota pars illi rerum periere mearum?
Dira lues populis ira iunonis iniquæ.
Incidit exoſæ dictas a pellice terras.
Dum uiſum eſt mortale malũ: tantæq; latebat
Cauſa nocẽs cladis: pugnatũ eſt arte medendi.
Exitium ſuperabat opes: uictæq; iacebant.
Principio cælum ſpiſſa caligine terras
Præſſit: & ignauos incluſit nubibus æſtus:
Dumq; quater plenis expleuit cornibus orbẽ
Luna: quater plenum tenuata retexuit orbem
Letiferis calidi ſpirarunt æſtibus auſtri.
Conſtat & in fontes uitium ueniſſe lacuſq;:
Miliaq; incultos ſerpentum multa per agros
Erraſſe atq; ſuis fluuios temeraſſe uenenis
Strage canum prio uolucrumq; auiũq; boũq;
Inq; feris ſubiti deprenſa potentia morbi eſt.
Concidere infelix ualidos miratur arator
Inter opus tauros: medioq; recumbere ſulco:
Lanigeris gregibus balatus dantibus ægros
Sponte ſua lanæq; cadunt: & corpore tabent:
Acer equus quondã magnæq; ĩ puluere famæ
Degenerat, palmæ ueterumq; oblitus honoꝶ
Ad præſepe gemit morbo moriturus inerti.
Non aper iraſci meminit, nec fidere curſu
Cerua, nec armentis incurrere fortibus urſi
Omnia languor habet, ſiluis agriſq; uiiſq;.
Corpora fœda iacent uitiantur odoribus auræ.
Mira loquar: non illa canes auidæq; uolucres.
Non cani tetigere lupi. dilapſa liqueſcunt:
Afflatuq; nocent: & agunt contagia late.
Peruenit ad miſeros damno grauiore colonos
Peſtis: & in magnæ dominatur mœnibus urbis
Viſcera torrentur primo: flammiſq; fatiſcunt.
Indicium rubor eſt & ductus anhelitus igni.
Aſpera linga tumet: tepidiſq; arentia uentis
Ora patent. auræq; graues captantur hiatu.
Non ſtratum, non ulla pati uelamina poſſunt.
Dura ſed in terra ponunt precordia, nec fit
Corpus hũo gelidũ, ſed hum⁹ de corpe feruet.
Nec moderator adeſt: inq; ipſos ſæua medẽtes

dio miõꝶ incedere ſolent. hic aũt pallas unus e fili/is pandionis athenaꝶ regis fuit. quatuor. n. filii: ut ſcribit ſtra. pandiõi fuerunt. Aegeus. Lycus. pallas Niſus. Peragit mãdata. exponit mãdata: quæ ab athenienſibus accepat. Fœduſq; refert. cõmemorat fœdus a ſuis maioribus cũ æginetis percuſſum Impium. regnũ. Totius achæidos. achaiæ & græciæ. Peti. appeti a Minoe. hoc aũt ait: quo faciliu s æaco pſuadeat: ut athenienſibus cõtra minoẽ ferat auxiliũ. In capulo regni. i ſceptro. Athenæ. athenienſes: cõtinẽs. n. p cõtento frequenter ponit a poetis. Aeaci aũt oĩo maximã p ſe fert in athenienſes & beniuolẽtiã & benignitatẽ. Et ois eat. ueniat. nobiſcũ ſubaudiat. Robora. uires. Superat mihi miles & hoſti. hoc ẽ. mihi milites ſupſunt: & adiuuãdos amicos & ad repellẽdos hoſtes. Gratia diis. ſit ſubaudiat. Diis. n. gratias agit æac⁹. Felix & inexcuſabile tp̃s. mihi ẽ ſubintelligat. hoc ãt uerbũ ẽ ſæpenumero elegãter ptermittit. Obuia pceſſit. obuiã uenit. Inde. ex iis. Hæc aũt narrãt: ut cõcinnius ad formicaꝶ metamormoſin i hoies exponendã deſcendat. Memorare. plixius narrare. Sine ullo ordine. ſine ullo phœmio. Lõga ambage. ſupflua oĩone. Deſcribit aũt poeta formicaꝶ mutationem ĩ Myrmidõas. Cũ. n. iunonis ira æginæ incolæ peſtilentia fuiſſent abſũpti: æacus iouem prem rogauit: ut aut ſibi populũ ſuũ reſtitueret: aut ſe quoq; uita priuaret. Cũ aũt magnã formicaꝶ multitudinẽ in uetuſta quercu uidiſſet: Iouem rogauit ut ſibi tot ciues: quot ille formicæ erãt concederet. Iupiter uero Aeaci precibus motus quot quot formicæ in illa quercu erãt. in hoies cõmutauit: quibus æacus ipſe agros diuiſit. Oſſa ciniſq; iacent mortui ſũt. Et quota pars. ac ſi diceret minima. Lues. peſtis. A pellice. ægina quam iũo odio pſequebatur: quippe cũ qua iupiter coiuiſſet. Elegãter aũt ſciteq; ea oĩa deſcribit poeta: q̃ tpe peſtis accidere ſolẽt. Opes. auxilia. Preſſit. oppſſit. occupauit. Et ignauos æſtus. ab effectu: q̃ ignauos hoĩes reddãt & pigros. Dũq; quater plenis p quatuor inquit mẽſes auſtri uẽti morboſi ſpirarunt. Luna enim ſingulis qbuſq; menſibus. creſcit ac decreſcit. Lætiferis æſtibus. peſtiferis feruoribus. Vitiũ. aeris corruptõem. Temeraſſe. corrupiſſe. Strage canũ primo. hæc ex prĩo iliados ſũpta eſſe uident. nã Hõe. peſtẽ in exercitũ græcorum apollinis ira ĩmiſſã deſcribẽs aſſerit primo canes muloſq; interiiſſe. Tabẽt. putreſcũt: ac macilẽtæ fiunt. Palmæ. uictoriæ. Veteꝶ honoꝶ antiquæ gloriæ. Non aper iraſci meminit. ꝓzeugma eſt. meminit. n. uerbũ ad duos qui ſequunt nominatiuos ẽ referẽdũ. Incurrer. ĩpetũ facere. Oĩa languor hẽt. oĩa inqt aĩalia lãguida & infirma ſunt effecta. Corpa fœda. cadauera fetentia. Odoribus. cadaueꝶ fœtoribus: q̃q̃ odores fere in bonã accipiant partẽ. ac p iis q̃ nares delectãt ponantur. Et agũt cõtagia late. corruptõem inqt lõge mittunt. Liq̃ſcũt. reſoluũtur. Flãmiſq; fatiſcũt. hoc ẽ ardore quodã inteſtino reſoluunt. elegãter aũt oĩa

Formicæ in homines

Peſtilentiæ deſcriptio

deſcribit poeta: q̃ peſte laborãtibus ſolẽt euenire. Indiciũ rubor ẽ.rubor faciei inquit indicat uiſcera eſſe inflãmata. Tumet.inflat̃. Arẽtia ora.arida & ſicca. Ventis tepidis auſtris. Patent apta ſũt & tenẽt̃. Auræ graues.ꝑniciosæ. Nõ ſtratum. lectum. Dura ꝑcordia corpa ĩflata & aſpa:ut a parte totum ĩtelligamus.Sunt.n.ꝑcordia:ut Pli.in.xi. naturalis hiſtoriæ ſcribit:mẽbranæ tenuiſſimæ quibus exta hoĩ ab inferiore uiſcerꝝ parte ſeparantur: Sic dicta qa cordi ꝑtenduntur q̃ græcĩ phrenas appellant:qđ illis ſubtilitas mentis accepta feratur.

*Precordia*

Moderator.rector.medicus.¶ Erumpit.inuadit Obſuntq; auctoribus artes.medicæ inqt artes ſuĩs ꝓfeſſoribus uocent.Peſte.n.medici quoq; corripiebantur. Leti.mortis. Finẽq; uidet in funere morbi.ordo ẽ & ſenſus. finẽq; morbi in funere & morte uidẽt indulgent animis.hoc eſt faciũt quicquid ipſis libet. Quid utile. hoc uerbum ſit ſubintelligat̃:ut ſit ſenſus & nulla cura ẽ qđ ſit utile.Haurit.bibit. Et illas.ẽt illas cadaueribus infectas:in quibus multi moriebant̃. Tantaq; ſũt miſeris.adeo ãt inquit inuiſos hñt lectos:ut ex illis ꝓſiliant. Aut ſi prohibent.hoc eſt.ſi cui ſunt tã exiguæ uires:ut ſtare nõ poſſit atq; e lecto deſilire.deuoluit ſe quoquo mõ põt in humũ. In crimine.ĩ culpa. Semianimes.ſemimortuos. Pẽdentis. impendentis.ĩminẽtis. Hic.illic.Paſſim & ubiq;.

Exhalãtes expirãtes. Quid aĩ.qualis. Vt uitam odiſſem.qualẽ aĩum hr̃e debuerit æacus ipſe exponit.Talẽ inquit aĩum debui hr̃e:ut uitam odiſſem:ac mortuus eſſe cupem. Flexerat.conuerterat. Cõtra.e regiõe. Sublimia.alta. Irrita thura.uana nihilo cõferẽtia. Nõ exoratis.dĩs ſubaudiatur. Admoti tẽplis.adducti in tẽpla. Dum uota ſacerdos cõcipit.dũ ſacerdos ꝑcat̃ deos. Purum uinum.merꝝ ſine aqua.mero nãq; in ſacrificiis quemadmodũ & nos priſci utebantur. Haud expectato uulnere.nõ expectato ictu. Fibra quoq; ægra.uitiata. Fibras aũt uictimaꝝ haruſpices inſpiciebant:quo prædicere futura poſſent. Notas ueri.ſigna quibus uerꝝ cognoſcitur. Monit⁹.admonitiones deoꝝ. Triſtes morbi.ab effectu ꝙ triſtitiam pariant morbi triſtes uocantur. Ad uiſcera.ad inteſtina corrumpenda. Ante ſacros poſtes ante ſacras temploꝝ ianuas. Pars aĩam laqueo claudunt.pars inquit ſe ſuſpendunt & ſtrangulã.

Venientia fata.uenientem mortem. Ferunt̃. efferuntur.nã extra urbem cadauera ſepelibantur.

Nullis funeribus. nullis exequiaꝝ honoribus.

Erumpit clades:obſuntq; auctoribus artes:
Quo proprior qſq;:eſt:ſeruitq; fidelius ægro:
In partem leti citius uenit.atq; ſalutis
Spes abit:finemque uident in funere morbi.
Indulgent animis:& nulla quid utile cura eſt.
Vtile enim nihil eſt.paſſim poſitoque pudore
Fontibus & fluuiis puteiſque capacibus hærẽt
Nec ſitis eſt extincta prius:q̃ uita bibendo.
Inde graues morbo nequeũt cõſurgere:& ipſis
Immoriuntur aquis.aliquis tamẽ haurit & illas.
Tantaque ſunt miſeris inuiſi tedia lecti:
Proſiliunt.aut ſi prohibent conſiſtere uires:
Corpora deuoluunt ĩ humũ:fugiuntq; penates
Quiſq; ſuos.ſua cuiq; domus funeſta uidetur.
Et quia cauſa latet:locus eſt in crimine notus.
Semianimes errare uiis:dum ſtare ualebant:
Aſpiceres.flentes alios.terraq; iacentes:
Laſſaq; uerſantes ſupremo lumina motu.
Membraq; pendentis tẽdunt ad ſidera cæli
Hic.illic ubi mors deprenderat exhalantes.
Quid mihi tunc animi fuit:aut qđ debuit eẽ:
Vt uitam odiſſem:& cuperem pars eſſe meorꝝ.
Quo ſe cunq; acies oculoꝝ flexerat:illic
Vulgus erat ſtratum:ueluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis:agitataq; ilice glandes.
Templa uides contra gradibus ſublimia lõgis:
Iupiter illa tenet.quis non altaribus illis
Irrita thura dedit:quotiẽs ꝓ coniuge coniunx.
Pro nato genitor dum uerba precantia dixit:
Non exoratis animam finiuit in aris:
Inq; manu thuris pars in cõſumpta reperta eſt:
Admoti quotiens templis dum uota ſacerdos
Cõcipit: & fundit purum inter cornua uinum:
Haud expectato ceciderunt uulnere tauri:
Ipſe ego ſacra ioui pro me patriaq; tribuſq;
Cum facerem natis:mugitus uictima diros
Edidit.& ſubito collapſa ſine ictibus ullis
Exiguo tinxit ſubiectos ſanguine cultros.
Fibra quoq; ægra notas ueri mõituſq; deoꝝ
Perdiderat.triſtes penetrant ad uiſcera morbi.
Ante ſacros uidi proiecta cadauera poſtes.
Ante ipſas:quo mors foret inuidioſior:aras
Pars animum laqueo claudunt:mortiſq; tiorẽ
Morte fugant:ultroq; uocant uenientia fata:
Corpora miſſa neci nullis de more feruntur

Funeribus.neq; enim capiebant funera portæ:
Aut inhumata p̄munt terras: aut dãtur in altos
Indotata rogos.& iam reuerentia nulla eſt.
Deq; rogis pugnant:alieniſq; ignibus ardent:
Qui lachryment deſunt:indefletæq; uagantur
Natorũq; matrumq; aĩæ iuuenũq; ſenumq;.
Nec locus ĩ tumulos:nec ſufficit arbor ĩ ignes.
Attonitus tanto miſerarum turbine rerum:
Iupiter o dixi:ſi te non falſa loquuntur
Iſſe ſub aſopidos quondam amplexus æginæ
Nec te magne pater nr̃i pudet eſſe parentem:
Aut mihi redde meos:aut me quoq; cõde ſepl/
Ille notã fulgore dedit tõitruq; ſecũdo. (chro.
Accipio':ſintque iſta precor felicia mentis
Signa tuæ dixi:quæ das mihi pignoris omen.
Forte fuit iuxta patulis rariſſima ramis
Sacra ioui quercus de ſemine dodonæo.
Hic nos frugilegas aſpexius agmine longo
Grande onus exiguo formicas ore gerentes:
Rugoſoq; ſuum ſeruantes cortice callem.
Dum numeꝝ miror:totidẽ pater optime dixi
Tu mihi da ciues:& inania mœnia ſupple.
Intremuit:ramiſq; ſonum ſine flamine motis
Alta dedit quercus.pauido mihi mẽbra timore
Horruerant.ſtabantq; comæ.tñ oſcula terræ
Roboribuſq; dedi.nec me ſperare fatebar.
Sperabam tamen:atq; aĩo mea uota fouebam:
Nox ſubit:& curis exercita corpora ſomnus
Occupat.ante oculos eadẽ mihi querc⁹ adeſſe:
Et rami totidem:totidẽq; animalia ramis
Ferre ſuis uiſa eſt:pariterq; tremiſere motu:
Graniferumq; agmen ſubiectis ſpargere ĩ aruiſ
Creſcere quod ſubito maius maiuſq; uideturi
Ac ſe tollere humo:rectoq; aſſiſtere trunco.
Et maciẽ numerumq; pedũ nigrũq; colorem
Ponere:& humanã membris inducere formã.
Sõnus abit.dãno uigilans mea uiſa:queror q;
In ſuperis opis eſſe nihil.at in ædibus ingens
Murmur erat:uoceſq; hoĩum exaudiř uidebar
Iam mihi deſuetas.dũ ſuſpicor has quoq; ſõni
Eſſe:uenit telamon properus:foribuſq; recluſis
Speq; fideq; pater dixit maiora uidebis
Egredere.egredior:qualeſq; in imagine ſomni
Viſus eram uidiſſe uiros:ex ordine tales
Aſpicio noſcoque.adeunt: regemq; ſalutant:

Neq; enim capiebant funera portæ.incredibilẽ
funeꝝ multitudinem fuiſſe æacus oſtendit:cum p̄
urbis portas efferri non poſſent. Aut inhumata
premunt terras.aut inſepulta iacent'in terra. Aut
dantur in altos indotata rogos.aut inquit ſine ul'o
ſepulturæ honore in ignes mittuntur. In tumu
los.ad ſepulchra facienda. In ignes.in rogos ex/
truendos: per quæ ſignificatur cadauerum maxi/
mam fuiſſe multitudinem. Tanto turbine.
tanta perturbatione & inuolutione rerum. Fal/
ſa.falſo.nomen.n.p̄ro aduerbio ẽ poſitũ. Loquũ
tur.ho mines.Iſſe ſub amplexus quondam aſopi/
dos æginæ.concubuiſſe cum ægina aſopi filia.hic
autem uerſus aliquid uitii contraxiſſe uidetur: qđ
quidem ſi opus poeta emendaſſet:facile ſuſtuliſſet
Forſitan autem ſic eſſet legẽdum.Iſſe ſub aſopidos
quondam amplexus Aegine.q̃uis Aſopus ſecun/
dam producat.Sic autem erit ſpondaicus uerſus.
Aſopidos æginæ.aſopi filiæ.Eſt.n.Aſopus Bœo Aſopus
tiæ fluuius in ſinum corinthium labens. Notã.
ſignum. Fulgore.fulguris ſplẽdore. Quæ das
mihi pignoris omen.quæ mihi pro pignoris ſigno
oſtendis. De ſemine dodonæo.laus a loco. Do/ Dodona
dona enim urbs eſt moloſſidis in epiro:iuxta quã
fuit ſilua ioui dicata: in qua columbæ reſponſa da/
bant.Dicta eſt autem Dodõa uel a dodona una ex
oceani nymphis: Vel a dodono iouis & Europe fi/
lio uel a Dodone fluuio ut ſtephanus ait.Vnde do
donius dodoneuſq; deriuatur.Hinc eſt prouerbiũ.
Aes dodoneum:in eos qui nimium multa lõquũt
Frugilegas.fruges ac grana colligẽtes. Rugo
ſo cortice.aſpera pelle. Sine flamine.ſine uento.
Stabant.erectæ erant. Exercita.defatigata. eſt
autem ſententia generalis. Graniferum agmen.
multitudinem formicaꝝ grana ferentium. Spar
gere in aruis ſubiectis.ſi eſſet ſoluta oratio in arua
ſubiecta diceretur. Recto trunco.corpore erecto
& pectore. Mea uiſa.mea inſõnia. Speq; fideq;
maiora.hoc eſt maiora q̃ ut ſpanda credendaq; ſint
Adeunt.accedunt ad me.

Myrmidonaſq; uoco: ἀπο τῶν μυρμήκων hoc eſt a formicis quidem myrmidonas appellatos fuiſſe ait poeta: ut qui fabulæ aſtipuletur. Strabo autem ſcribit æginenſes myrmidonas dictos:

Vñ myrmidões

non ut in fabulis canitur: q̄ magna inualeſcente peſtilentia formicæ æaco precãte in homines uerſæ fuerint. ſed quia formicaꝶ more terram fodientes ad petras eam apportarent: ut agri colendi materiam haberent: ac foſſas incolerent: ne latericiam facere atq; ædificare cõgerentur. Pares annis. eadem nanq; nocte omnes nati eſſe uidebãtur. Eurus enim attulerat: parentheſis eſt expoſitionẽ cõtinens a poeta inſerta. Menſæ. cœnæ. conuiuio. Iubar. ſplendorẽ. Aureus ſol. pulcher. ac ſplẽdidus. Cui grandior ætas. cauſa cur filii pallãtis ad cephalum conuenerint. ille eñi maior natu erat Ad regẽ. æacũ. Materq; peleus. Cũ quis. q̃buſcum. Aeoliden. cephalum æoli filium. Sũ nemorum ſtudioſus. hoc eſt uenatiõibus delector & feraꝶ cæde. Silua. arbore continens enim pro contento poſitum eſt. Si cornus. nodus ineſſet. cornus enim nodoſa eſt arbor. Vnde ſit. ex qua arbore ſit.

Iaculũ mirãdũ

Telum iaculabile. periphraſis eſt iaculi. Actæis. athenienſibus. Specie. pulchritudine. Vſum. utilitatem. Fortunaq; miſſum non regit. hoc eſt nulli ſubiicitur fortunæ. Fruſtra eñi nunq̃ mittitur. Iuuenis nereius. phocus Nerei nepos. nam æacus cum expſamathe nerei filia ſuſtulit. Quis auctor. quis fuerit dator tam magni mũeris. Ille refert. cephalus. Et cætera nota pudore. ordo ẽ & ſenſus & ſilet ac reticet cephalus ob pudorem cætera quæ nota erant: qua mercede illud iaculũ ab uxore accepit. Neq;. n. refert cephalus ſe ob pulchritudinem ſuam ab uxore accepiſſe Tulerit. acceperit. Tactuſq; dolore. commot⁹ Pate dea. phocus quem alloquitur cephalus: filius fuit æaci expſamathe nympha. Quis poſſet credere. parentheſis eſt: qua ſignificatur nõ eſſe credibile cephalum ob illud iaculum flere: qđ tantæ ſit utilitatis.

Procris

procris erat. procris Erecthei athenienſium regis filia fuit: quæ cum cephalo nupſiſſet: aurore odio: quæ cephalum in ſuos amplexus conuertere nequiuit: ſub forma alieni uiri muneribus a cephalo ipſo temptata fidem marito datã fractura uidebatur. Cum autem ſe cephalus indicaſſet: aufugiens ſiluas petiit ac dianæ comes effecta tandem a cephalo placatur: domũq; reuerſa marito & canem nomine lælapa & iaculum admirandæ pulchritudinis: uirtutiſq; donauit.

Procris

Cum autẽ cuiuſdam idicio comperiſſet cephalum cum quadam nympha nomine aura congredi ſolitũ: clam eum in ſiluas ſecuta ab inſcio marito eo telo quod ab ipſa dono acceperat. fuit interfecta. Magnæ orithyiæ. præclaræ: ut q̃ ſua pulchritudine a borea uento rapta fuiſſe fingit. Conferre. comparare.

Vota ioui ſoluo: populiſq; recentibus urbem
Partior: & uacuos priſcis cultoribus agros.
Myrmidonaſq; uoco. nec origine noĩa fraudo
Corpora uidiſti. mores quos ante gerebant:
Nũc quoq; hñt. parcũ genus ẽ patiẽſq; laboꝶ
Quæſitiq; tenax: & quod quæſita reſeruet.
Hi te ad bella pares annis animiſq; ſequentur:
Cum primum qui te feliciter attulit: eurus
(Eurus eñi attulerat) fuerit mutatus in auſtros.
Talibus atq; aliis longum ſermonibus illi
Impleuere diem. lucis pars optima menſæ
Eſt data. nox ſomnis. iubar aureus extulerat ſol
Flabat adhuc eurus. redituraq; uela tenebat.
Ad cephalum pallante ſati: cui grandior ætas.
Ad regem cephalus ſimul & pallante creati
Cõueniunt ſed adhuc regem ſopor altus hẽbat
Excipit æãcides illos in limine phocus.
Nã telamon fraterq; uiros ad bella parabant.
Phocus in iterius ſpatium pulchroſq; receſſus
Cæcropidas duxit: cum quis ſimul ipſe reſedit.
Aſpicit æoliden ignota ex arbore factum
Ferre manu iaculum: cuius fuit aurea cuſpis.
Pauca prius mediis ſermonibus ille locutus.
Sum nemorum ſtudioſus ait: cædiſq; ferinæ.
Qua tamen a ſilua teneas haſtile reciſum
Iamdudum dubito. certe ſi fraxinus eſſet:
Fulua colore foret. ſi cornus: nodus ineſſet:
Vnde ſit ignoro. ſed non formoſius iſto
Viderunt oculi telum iaculabile noſtri.
Excipit actæis e fratribus alter: & uſum
Maiorem ſpecie mirabere dixit in iſto.
Conſequitur quodcunq; petit fortunaq; miſſũ
Non regit: & reuolat nullo referente cruentũ.
Tum uero iuuenis nereius omnia quærit.
Cur ſit: & uñ datum. q̃s tanti muneris auctor.
Quæ petit: ille refert. & cætera nota pudore
Qua tulerit mercede ſilet: tactuſq; dolore
Coniugis amiſſæ lachrymis ita fatur abortis.
Hoc me nate dea (quis poſſet credere) telum
Flere facit: facietq; diu: ſi uiuere nobis
Fata diu dederint. hoc me cum coniuge cara
Perdidit. hoc utinam caruiſſẽ munere ſemper.
Procris erat: ſi forte magis peruenit ad aures
Orithyia tuas: magnæ ſoror orithyiæ.
Si faciem moreſq; uelis conferre duarum.

Dignior ipſa rapi. pr̄ hāc mihi iunxit erechtheꝰ
Hanc mihi iunxit amor. felix dicebar: eramq;.
Nō ita diis uiſū eſt. at nūc quoq; forſitan eſſē.
Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis:
Cum me cornigeris tendentem rætia ceruis
Vertice de ſummo ſemper florentis hymeti
Lutea mane uidet pulſis aurora tenebris:
Inuitumq; rapit. liceat mihi uera referre
Pace deæ: ꝙ ſit roſeo ſpectabilis ore:
Quod teneat lucis. teneat confinia noctis
Nectareis ꝙ alatur aquis ego procrin amabam
Pectore procris erat. ꝓcris mihi ſemper ī ore.
Sacra tori coituſq; nouos thalamoſq; recentes
Primaq; deſerti referebam fœdera lecti.
Mota dea eſt: & ſiſte tuas ingrate querelas.
Procrin habe dixit. ꝙ ſi mea ꝓuida mens eſt:
Non habuiſſe uoles: meq; illi irata remiſit.
Dum redeo: mecumq; deæ memorata retracto
Eſſe metus cœpit: ne iura iugalia coniunx
Non bene ſeruaſſet. facies ætaſq; iubebant
Credere adulterium: ꝓhibebāt credere mores.
Sed tn̄ abfuerā. ſed & hæc erat: unde redibam:
Criminis exēplū. ſed cuncta timemus amantes.
Quærere quod doleam ſtatuo: doniſq; pudicā
Sollicitare fidem: fauet huic aurora timori:
Immutatq; meam (uideor ſenſiſſe) figuram.
Palladiaſq; meo nō cognoſcendus athenas.
Ingredior q; domū. culpa domus ipſa carebat:
Caſtaq; ſigna dabat. domino q; erat anxia rapto.
Vix aditus ꝑ mille dolos ad erechthida factus.
Vt uidi: obſtupui: meditataq; pene reliqui
Temptamenta fide: male me: qn uera faterer:
Cōtinui. male quin ut oportuit oſcula ferrem.
Triſtis erat. ſed nulla tamen formoſior illa
Eſſe poteſt triſti: deſiderioq; calebat
Coniugis arrepti. tu collige qualis in illa
Phoce decor fuerit: quā ſic dolor ipſe decebat.
Quid referā: quoties tēptamina nr̄a pudici
Reppulerint mores: quoties ego dixerit uni
Seruor ubicumq; eſt. uni mea gaudia ſeruo.
Cui non iſta fide ſatis experientia ſano
Magna foret: nō ſum cōtētus. & ī mea pugno
Vulnera. dū cēſus dare me ꝓmitto. loquendo
Muneraq; augendo. tandē dubitare coegi.
Exclamo mala. pectora detego. tectus adulter.

Dignior ipſa rapi. antepōit Cephalus procri orithyiæ: ꝗuis ob pulchritudinem Orithyia: a borea uento rapta fuiſſe feratur. Ipſa. procris. ſentit. n. Cephalus procrin fuiſſe orithyia elegantiorē atq; formoſiorē. Pater hāc mihi iunxit erechtheus. hāc mihi inqt erechtheus pater uxorē dedit. erechtheus aūt: ut diximus: athenaꝝ reꝝ fuit. unde athenienſes interdum erechthide uocantur. Hāc mihi iunxit amor. repetitio eſt maxime affectui amātis conueniens. Non ita diis uiſum eſt. non ita diis placuit: ut eēm felix. Poſt ſacra iuga. poſt nuptias celebratas. Semper florentis hymeti. hymetus mons eſt atticæ regionis: thymo ſemper florēs. ubi & mel optimum conficitur: & marmor effodit.

Roſeo. pulchro. Spectabilis. digna quæ ſpectetur. Mota dea eſt. commota & indignata. Siſte: contine. Quod teneat cis. nam aurora media eſt inter diem & noctem. Procrin habe. irōice cū quadam indignatione legendum: ut illud Vergilii. I ſequere Italiam uentis. Ingrate. mihi in amore non reſpondens: ut qui me a qua amaris nō redamas. Quod ſi mea prouida mens eſt. ſed ſi inquit præuideo futura: cupies nunꝗ habuiſſe ꝓcrin.

Mecum retracto. mecum cogito. Memorata deæ. uerba & dicta auroræ. Eſſe metus cœpit. zelotyppus auroræ ira cephalus eſt effectus. Facies ætaſq; iubebant. formoſa inquit facies & iuuenilis ætas procris me inducebant: ut crederem ipſam adulterium commiſiſſe. Mores autem caſti me illud ſuſpicari non permittebant. Criminis exēplum. adulterii. Aurora nanq; unde redibat: exemplo erat: ꝗ facile mulieres in adulterium cadāt. Sollicitare. temptare. infeſtare. Ineo. intro. Fide. fidei antiquoꝝ more: ut Verg. Libra die ſomniq; pares ubi fecerit oras. Male continui. uix me continui ut non faterer me Cephalum eſſe. Quin. ut nō interdum cur non ſignificat. Vt oportuit. ut honeſtum & conueniens fuit. Calebat. ardebat. anxia erat. Deſiderio. abſentia. Cōiugis arrepti. mariti quem putabat aurora fuiſſe raptum. Tu collige. cōclude. ratiocinare. id quod græci σύλλογίζειν dicūt. Vni. ſoli cephalo. Cui ſano. ſapienti.

In mea uulnera. in meos dolores. Cenſus. amplas diuitias. Mala. o mala mulier. Tectꝰ. ſiulatꝰ.

cephalꝰ aliam figuram

Verus eram coniunx me perfida teſte teneris.
Illa nihil.tacito tantu mmodo uicta pudore
Inſidioſa malo cum coniuge limina fugit.
Offenſaque mei genus omne peroſa uirorum
Montibus errabat ſtudiis operata dianæ.
Tum mhi deſerto uiolentior ignis ad oſſa
Peruenit.orabam ueniam:& peccaſſe fatebar.
Et potuiſſe datis ſimili ſuccumbere culpæ
Me quoq; muneribus:ſi munera tanta darent:
Hæc mihi confeſſo læſum prius ulta pudorem
Redditur:& dulces concorditer exigit annos.
Dat mihi præterea tanq̄ ſi parua dediſſet
Dona:canem munus:quem cū ſua traderet illi
Cynthia:currendo ſuperabit dixerat omnes.
Dat ſimul & iaculum:māibus q̄ cerni s habere
Muneris alterius quæ ſit fortuna requiris:
Accipe mirandum.nouitate mouebere facti.
Carmina naiades non intellecta priorum
Soluunt ingeniis & præcipitata iacebat
Immemor ambagum uates obſcura ſuarum
Scilicet alma themis.nec talia liquit inulta.
Protinus aoniis immiſſa eſt bellua thebis.
Ceſſit & exitio multis.pecorumq; ſuoq;
Ruricolæ pauere feram.uicina iuuentus
Venimus:& latos indagine cinximus agros.
Illa leui uelox ſuperabat rætia ſaltu:
Summaq; tranſibat poſitarum lina plagarum.
Copula detrahitur canibus:quos illa frequētes
Effugit:& cœtum non ſegnior alite ludit.
Poſcor & ipſe meum conſenſu lælapa magno.
(Muneris hoc nomē)iādudū uincula pugnat
Exuere ipſe ſibi:colloq; morantia tendit.
Vix bn̄ miſſus erat:nec iā poteramus ubi eſſet
Scire.pedum calidus ueſtigia puluis habebat.
Ipſe oculis ereptus erat.non ocior illo
Haſta.nec expulſæ cōtorto uerbere gāldes:
Nec gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.
Collis apex medii ſubiectis imminet aruis.

Perfida.proprie.nam perfidi qui fidem uiolant dicuntur. Inuidioſa limina.In quibus ſibi ſtructæ inſidiæ fuerāt. Offenſaq; mei.q̄ me offendiſſet.offenſa.n.actiue.offenſio paſſiue accipi ſolet. Peroſa.odio habēs. Operata.occupata.dedita. Violētior ignis.amor uehemētior. Redditur mihi.ad me redit. Sua cynthia.ſua diana. Muneris alterius.canis a Procri uxore donati.Si aūt coniunctio eſt ſubaudienda:ut intelligatur:ſi requiris.Exponit aūt mutationem & feræ Themidis indignatione in thebanum agrum immiſſæ & canis nomine Lælapis in ſaxa.Nam thebani cum uidiſſent naiadas.ac nymphas:futura prædicere:Themidis deæ obſcura dantis rn̄ſa templum deiecerunt.Illa uero indignata ferā immiſit uulpē ut græci narrāt:q̄ & pecora & agreſtes uexaret.ad eā opprimendam cū alia græciæ iuuentute conuenit etiam cephalus cū Lælapa cane:qui cum ī feram ineuitabile iaculum foret coniecturus:utrunq; aſpexit in ſaxa cōmutatum. Accipe mirandum:audi rem admiratione dignam. Naiades.nymphæ. Carmina.uaticinia.prædictiones. Soluunt.exponunt. Præcipitata.deiecta.contempta. Ambagum.dictorum ambiguorum. Alma themis.ſancta.nā themis:ut Pōpeius ait:dea fuit:quæ hoībus præcipiebat id petere quod honeſtum & fas eſſet.Vnde & pro eo quod nos fas dicimus:θέμισ frequenter ponitur a græcis. Inulta.īpunita. Aoniis thebis.bœotiis.Aonia enim pars eſt Bœotiæ.ſcite uero Epitheto diſtinxit.Nam thebe multarum urbium nomen eſt.ut diximus. Ceſſit & exitio multis.pernicioſa multis fuit. Pecorumq; ſuoq;.agricolæ inquit illā feram & ſua & pecorum morte pauerunt.multos enim ex illis deuorauit fera. Indagine.multitudīe hominum inquirentum Sic Verg. Saltuſq; indagine cingunt.Indagare aūt:unde indaginem declinamus eſt diligenter īquirere. Summa lina.ſummos funes.metonymia eſt.ex lino enim funes conficiuntur. Poſitarum plagarum.tentorum retium. Copula.uinculum quo canes colligātur. Et cœtum.canū multitudinem. Non ſegnior alite.uelox ut auis.

Vulpes & canis in ſaxa

Ludit.deludit.decipit.Innuit aūt poeta uulpem illam feram fuiſſe.Vulpes enim circuncurrendo maxime canes eludūt. Lælapa.a uelocitate & impetu nomen hoc inditum fuit cani.λαιλαψ enim turbo dicitur qui uentus eſt maxime impetuoſus. Pugnat exuere.conatur detrahere. Morantia.remorantia retinentia Tendit.contendit conatur. Vix bene miſſus erat.quanta fuerit uelocitate canis illa:aperte declarat cephalus:quem uix dimiſſum non poterant uidere. Miſſus.dimiſſus. Veſtigia pedū.ſigna pedum. Habebat tenebat. Expulſæ glādes.expulſæ glades plumbeæ. Contorto uerbere.contorta funda. Calamus.ſagitta ex calamo cōfecta. Gortyniaco ab arcu.cretenſi.Nam gortyn quæ & gortys dr̄: urbs eſt cretæ:a Gorty Heroe dicta.Hæc & Lariſſa & crēnia fuit appellata. Apex.uertex. Tollor in hūc in illum uerticem aſcendo. Modo.interdum. Deprendi.comprehendi. Modo ſe ſubducere.interdum ſe ſubtrahere. Callida.aſtuta. Limite recto.itinere. In ſpa.rectū ſubaudiat̄. Quo.in quo curſu. In gyrum.i orbem. Hoſti.cani lælapi. Immiet.iſtat. Vanos morſus.īanes:qa ferā cōphēdere nō poterat. Ad iaculi uertebar opē.

Tollor in hunc:capioq́ꝫ noui ſpectacula curſus
Caluere.cõmoti fuere. Tyndaridæ gemini.Caſtor & pollux gemelli Tyndari filii:ac Ledæ putati:cũ eẽnt Iouis:quoꝝ alter pugil fuit ꝑclarus.Caſtor aũt domitor equoꝝ ab Hõero aliiſq; poetis fuiſſe memorat̃. Cæſti bus armis quibus pugiles utũt̃. Primæq; ratis molitor iaſon.Argo nauẽ cuius extruẽdæ auctor fuit iaſõ:primã longaꝝ nauiũ fuiſſe Ouidius ſentit.Alii uero Danaũ eaꝝ iuentorẽ fuiſſe putãt:aũ quoq; diximus.Molitor.Fabricator. Et cũ piritho Theſei piritiq; amicitia notior ẽ ꝙ ue hoc loco ſit exponẽda.Illud notãdũ eẽ uĩ.Pirithũ apd græcos triſyllabũ eſſe nomẽ ac ſcdam ſyllabã ꝓduci:ꝙ a latinis corripit̃ quadriſyllabũ eſſe putãtib⁹.Et duo Theſtiadæ.Theſtii filii Toxeus & plexippus. Et ꝓles ephyrea lynceus.Ephyrea qdẽ legit̃: ut ab ephyre urbe:q nũc corithus dĩ decliet̃.ſed mihi recte aphareia ab eo:q hoc opus e latia ĩ græcã linguã uertit.legi uĩ:ut itelligãus Lyncæũ acutiſſimi uiſus hoiem Apharei filiũ fuiſſe.Huic ãt lectiõi Apollõius Rhodius aſtipulat̃ in prĩo argonauticon: tũ Lynceũ & Idã Aphareidas uocat: quẽ tã acuti uiſus fuiſſe ait: ut ẽt q ſub terra eẽnt ituerer̃. Et cretus Amyntore phœnix.phœnix Amyntoris filius:q ĩpelẽte matre poſteaꝙ cũ pellice illius rẽ habuiſſet:ĩprecatões pr̃is effugiẽs ad peleũ puenit:a quo ut narrat Hõer⁹ hoſpitio benigniſſime ſuſceptus Achillis educãdi inſtituẽdiq; curã ſuſcepit.ut illi & dicẽdoꝝ & agẽdoꝝ preceptor eſſet.alter ẽt fuit phœnix Agenoris pr̃ a quo phœnicia fuit denoiata.Auẽ quoq; eẽ phœnicẽ nẽo ẽ q ignorũt. Actoridæq; pr̃s. Menœtii ẽ piphraſis.nã Mœneti⁹ p̃trocli:q actorides ab actore auo dĩ: fuit pr̃:ut apte i.xi.Ilia.ſcri.Hõe. Et hyãtæo Iolao. Bœotio.Hyantes.n.populi ſũt bœotiæ: ut diximus. Neryciuſq; lelex.Narix urbs ẽ locridis q & Naryciũ & naryce dĩ.Vñ narycius poſſeſſiuũ declinat̃ ab hoc uero lelege populi leleges fuere cognominati

Sternuntur grauidi longo cum palmite fœtus:
Baccæq; cum ramis ſemper frondentis oliuæ:
Sæuit & in pecudes, nõ has paſtorue caniſue,
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi.nec ſeſe in mœnibus urbis
Eſſe putant tutos:donec meleagros & una
Lecta manus iuuenum caluere cupidine laudis
Tyndaridæ gemini præſtantes cæſtibus alter.
Alter æquo:primæq; ratis molitor iaſon:
Et cum piritho:felix concordia theſeus
Et duo theſtiadæ:& proles aphareia lynceus:
Plexippuſq; ferox:iaculoq; inſignis acaſtus:
Et uelox idas:& iam non fœmina cæneus:
Hippothaſq;.driaſq;:& cret⁹amyntore phœnix
Actoridæq; pares:& miſſus ab elide pelas
Nec telamon aberat:magniq; creator achillis:
Cumq; pheretiade & hyantæo iolao
Impiger eurytion:curſuq; inuictus echion:
Neriiciuſq; lelex panopeus:hyleuſq;:ferox q;
Hippaſus:& primis etiam nunc neſtor ĩ annis:
Et quos hippocoon antiquis miſit amyclis
Penelopeſq; ſocer cum parraſio ancæo:
Ampycideſq; ſagax:& adhuc a coniuge tutus
Oeclides:nemoriſq; decus tegeæa lycei
Venit atalante ſchœnei pulcherrima uirgo.
Raſilis huic ſummam mordebat fibula ueſtem
Crinis erat ſimplex nodum collectus in unum.
Ex humero pendens reſonabat eburnea læuo
Telorum cuſtos.arcum quoq; læua tenebat.
Talis erat cultu.facies quã dicere uere
Virgineam in puero.puerilem ĩ uirgine poſſes
Hanc pariter uidit.pariter calydõius heros
Optauit renuente deo.flammaſq; latentes
Hauſit.& o felix ſi quem dignabitur inquit

Antiqs amyclis.Amyclæ urbs ẽ Lacõiæ ab amycla Lacedæmõis filio ædificata atq; cognomiata fuerunt ẽt amyclæ ĩ italia lacedæmõioꝝ colõia inter caietã & terracinã.q tacẽdo pierunt.uñ Verg.eas tacitas appellauit. Tacitis regnauit amyclis. Amycleũ ẽt ẽ in creta urbs & portus. Penelopes ſocer.Laertes Vlyſſis pr̃: Cũ parraſio ancæo. Arcadico.eſt.n. parrhaſia arcadiæ urbs:ut iã dixius. Et adhuc a cõiuge tutus Oeclides. Amphiaraus Oeclii filius: q cũ uaticinãdi pitiſſimus cognouiſſet a Thebão bello ſe nõ rediturũ:ita latebras petiit:ut oĩa tñ Eripyle uxori:quã fidiſſimã putabat ĩdicaret.Illa uero ab Argia adraſti filia monili accepto:qd Vulcan⁹ Hermionæ priuignæ dono dederat:maritum adraſto ꝓdidit:q thebanũ agꝛ ingreſſus una cũ curru a Tellure fuit abſorptus. Tegeæa.arcadica.Nã Tegea urbs ẽ arcadiæ:qd nomẽ triſyllabũ qdẽ eſt.ſed qd inde declinat̃ poſſeſſiuũ: ita quatuor ſyllabarũ efficit̃ ut penultia ſit lõga:Eſt ẽt Tegea ĩ Creta a talthybio ædificata.uñ Tegeatæ dñr. Venit atalãtis ſchœnei.Sic qdẽ legit̃.ſed Atalãte & ſchœnei mihi recte a græcis legi uĩ.Nã atalãta Schœnei filia fuit formoſiſſima:ex qua Meleager parthenopeũ ſuſcepit. altera fuit atalãta iaſii filii abãtis argiuoꝝ Regis filia. Atalãta

De qua ꝓpertius.Mimalion nullos fugiendo Tulle labores ſæuitiam dure contudit laſidos. Raſilis fibula. raſum cingulum.a parte.n.totum intelligitur. Teloꝝ cuſtos.pharetræ periphraſis. Calydonius heros.Meleager. Renuente deo.Nolẽte ut ea potiretur. Flammaſq; latentes Hauſit.Occultum amorẽ concepit. Si quem dignabitur iſta uirum.Hoc eſt.ſi quem iſta ſe uxore dignum exiſtimabit.Hac aũt exclamatione meleager ſignificat ſe atalantæ pulchritudinem maximopere admirari.

Vrget.inſtat. Silua frequens trabibus.Denſa arboribus.ē autem topographia ſiluæ & deſcriptio quam:partim planam .partim montoſam eſſe ait.

Ima lacunæ.Infimas uallis partes.Lacuna eni eſt aquæ collectio quæ & lama uocatur. Lenta ſalix Flexibilis. Vluæ leues.Vlua herba eſt in paludibus naſcens. Et longæ parua ſub arundine cannæ.Arundinem appellare uidetur poeta cannarū corticem:qui & tenuis eſt & facile areſcit.Vñ arundinis nomen deductum eſſe uidetur. Excitus.Excitat⁹. Vt excuſſis eliſus nubibus ignis. periphraſis eſt fulminis quod ex nubium concurſu eliditur

Sternit̄ icurſu nemus.Arbores inquit apri illius incurſu in terram deiiciuntur . Hinc uero colligit̄ quam uaſtus aper ille ualiduſq; eſſet.cuius impetu nemus proſternebatur. Propulſa.impulſa. Dat fragorem.ſtrepitum facit. Fragor nanq; dicit̄ ſtrepitus rerum fractaꝝ.protentaq; forti tela tenēt.Geſtum exprimit uenatoꝝ apros excipientium.protēdere nanq; uenabula apris ruentibus ſolent. Protenta tela.uenabula. Diſſipat.Diſiicit. Obliquo ictu.Apri obliquos ictus inferunt. Cuſpis.iaculum.a parte totum. Intergo petito.Intergo apri.

Pegaſæius iaſon. Theſſalus.a pagaſis urbe theſſaliæ ut dixius. phœbe ait ampycides: Mopſus ampyci filius apollinis ſacerdos & uates clariſſimus.

Ferrumq; diana uolanti.Quæ copula hoc loco. Quia ſignificat . Idcirco nanque ſine uulnere fuit aper quod Diana ferrum iaculo abſtulerat. Sine acumīe.Sine cuſpide. Emicat ex oculis.Ira igniſue aut flamma ſubintelligatur. Moles. maximū ſaxum quantum e machinis bellicis emittit̄. Cōcita.īpulſa. Neruo adducto.Fūe baliſtæ adducto.

Certo impete.impetu:Metri.n.gratia impete interdum utuntur poetæ. Dextra tuentes cornua. Dextrum cornu defendentes.Aciem nanq; in apꝝ direxerant:quæ in dextrum & ſiniſtrum cornu fuerat diſtributa. Hippocoonte ſatus.Hippocoontis filius. Et terga parantem uertere.ſugere uolentē.

poples

Succiſſo poplite.Reciſſo crure. Eſt.n.poples pars genu poſterior quod poſt plicetur dictum. Forſitan & pylius.Neſtor a pylo urbe Meſſeniæ cui⁹ imperauit. Citra troiana tempora. Ante troianum bellum. Tempora nanq; infelicia calamitoſaq; fere accipiuntur. Sumpto conamine capto impetu.

Ab haſta poſita.fixa. Deſpexitq; tutus loco.deorſū aſpexit inqt apꝝ altitudie arboris tutus & ſecurus. Neq;.n.apri arborē aſcendere poſſūt. Recentibus armis.Dentibus. Hauſit.aperuit percuſſit.

Iſta uirum.nec plura ſinit tempuſq; pudorq;
Dicere.maius opus magni certaminis urget:
Silua freq̄ns trabibus:quā nulla ceciderat ætas
Incipit a plano:deuexaq; proſpicit arua.
Quo poſtq̄ uenere uiri:pars retia tendunt.
Vincula ps adimūt canibus.pars p̄ſſa ſequunt̄
Signa pedum:cupiūtq; ſuum repire periclum:
Cōcaua uallis erat:quo ſe demittere riui
Aſſuerant pluuialis aquæ:tenet ima lacunæ
Lenta ſalix:uluæq; leues:iunciq; paluſtres:
Viminaq;:& longæ parua ſub arundine cannæ
Hinc aper excitus medios uiolentus in hoſtes
Fertur:ut excuſſis eliſus nubibus ignis.
Sternitur incurſu nemus:& ꝓpulſa fragorem
Silua dat.exclamant iuuenes:protentaq; forti
Tela tenent dextra lato uibrantia ferro.
Ille ruit:ſpargitq; canes:ut quiſq; furenti
Obſtat:& obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis echionio primum cōtorta lacerto
Vana fuit truncoq; dedit leue uulnus acerno:
Proxima ſi nimiis mittentis uiribus uſa
Non foret:in tergo uiſa eſt hæſura petito.
Longius it.auctor teli pegaſeius iaſon.
Phœbe ait ampicides:ſi te coluiq; coloq;:
Da mihi quod petitur:certo contingere telo:
Qua potuit p̄cibus deus annuit.ictus ab illo ē
Sed ſine uulnere aper:ferrumq; diana uolanti
Abſtulerat iaculo:lignum ſine acumine uenit.
Ira feri mota eſt:nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex oculis.ſpirat quoq; pectore flāmas,
Vtq; uolat moles adducto cōcita neruo:
Cum petit aut muros aut plenas milite turres:
In iuuenes certo ſic impete uulnificus ſus
Fertur:& eupalamō pelagonaq; dextra tuētes
Cornua proſternit.ſocii rapuere iacentes.
At non letiferos effugit enæſimus ictus
Hippocoōte ſatus.trepidātē & terga parātem
Vertere ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan & pilius citra troiana periſſet
Tempora:ſed ſūpto poſita conamīe ab haſta
Arboris inſiluit:quæ ſtabat proxima:ramis:
Deſpexitq; loco tutus:quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio.fidenſq; recentibus armis
Orithiæ magni roſtro femur hauſit adunco

At gemini nondum cæleſtia ſidera fratres
Ambo conſpicui:niue candidioribus ambo
Vectabantur equis.ambo uibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Vulnera feciſſent:niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet nec equo loca peruia ſiluas.
Perſequitur telamon:ſtudioq; incautus eundi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hũc peleus: celerem tegeæa ſagittã
Impoſuit neruo:ſinuatoq; expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſumnum diſtrinxit arundo
Corpus & exiguo rubefecit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu lætior ictus:
Q uã meleager erat.primus uidiſſe putatur:
Et primus ſociis uiſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres uirtutis honorem.
Erubuere uiri:ſeq; exhortantur & addunt
Cum clamore animos:iaciuntq; ſine ordĩe tela.
Turba nocet iactis: & quos petit impedit ictus
Ecce furens contra ſua fata bipennifer arcas:
Diſcite fœmineis quid tela uirilia præſtent
O iuuenes:operiq; meo concedite dixit.
Ipſa ſuis licet hunc latonia protegat armis:
Inuita tamen hunc perimet mea dextra diana.
Talia magniloquo tumidus memorauerat ore:
Ancipitemq; manu tollens utraq; ſecurim
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentem.quaq; ẽ uia proxima leto:
Summa ferus gemios direxit ad igu˜na dẽtes.
Cõcidit ancæus:glomerataq; ſanguine multo
Viſcera lapſa fluũt.madefactaq; terra cruore ẽ.
Ibat in aduerſum proles ixionis hoſtem
Pirithous ualida quatiẽs uenabula dextra:
Cui procul ægides.o me mihi carior inquit
Pars animæ cõſiſte meæ.licet eminus eſſe
Fortibus:ancæo nocuit temeraria uirtus.
Dixit: & ærata torſit graue cuſpide cornu:
Cui bene librato:uotiq; potente futuro
Obſtitit æſculea frõdoſus ab arbore ramus.
Miſit & æſonides iaculum:quod caſus ab illo
Vertit: & in mentum figit latrantis: & inter
Ilia coniectum tellure per ilia fixum eſt.
At manus oenidæ uariat:miſſiſq; duabus
Haſta prior terra.medio ſtetit altera tergo.
Nec mora:dũ ſæuit.dũ corpora uerſat in orbẽ:

Nondũm cæleſtia ſidera. Gemini qui unũ ex zodiaci ſignis conſtituunt:caſtor ac pollux eſſe dicuntur. Vulnera feciſſent. Vulneraſſent. Setiger. aper ſetas gerens. Opacas. Vmbroſas arboribus denſas. Studio eundi. Cupiditate currendi. Leuat. alleuat. tollit. Tegeæa. atalanta. Sinuato arcu. Contracto. Arundo. arundinea ſagitta. Diſtrinxit. uulnerauit. Feres. habebis. Erubuere uiri. puduit inquit uiros fortes aprum a uirgine primum fuiſſe percuſſum. Bippennifer arcas. ancæus arcadicus bippennem ferens. Is autem ancæus : ut ſcribit ariſtomenes : Lycurgi & antiones filius apud arcades colebat᷑. pherecydi uero aſtipulatur Ouidius:qui ſcribit ancæũ a Calydõio apro pcuſſum interiiſſe. Nã Ariſtoteles aliter de ancæo ſcribit. Illũ. n. agriculturæ amantẽ fuiſſe ait. Cũ aũt uineam plantaret:nimiũ graui labore ſeruos pmebat. Quare illoꝝ quidã dixit:Dñm ex illa uinea fructũ nũq̃ pceptuꝝ. Ancæus uero poſteaq̃ uua fuit matura:lætus uindemiebat. Seruũq; iuſſit uinũ ſibi fundere. poculũ igit᷑ cũ ori apponeret: dictũ illi⁹ in memoriã reuocauit. Cui ſeruus rñdit πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. hoc eſt. multũ intereſt inter calicẽ & ſummum labꝝ. His uero dictis quidã accurrit nuncians q̃ maximum apꝝ uineam ingreſſũ illam puertere totam. Tunc ancæus calicẽ cũ abieciſſet ad apꝝ feſtinauit:a quo pcuſſus iteriit. Vñ natũ ẽ illud ꝓuerbiũ i eos qb⁹ pter ſpem aliquid euenit:quod ſic a græco in latinũ cato uertit multũ iтereſt inter os & offã. Cõcedite locũ date. Operi meo. uirtuti meæ. Temerarii autem iactabundiq; eſt oratio. Protegat. defendat.

Perimet. interficiet. Tumidus. Elatus. ſupbus.

Ancipitem ſecurim. ex utraq; parte incidentem. Vtrinq; acutam. Inſtiterat digitis. ſteterat in digitis. Geſtus aũt exprimitur tollentis ſecurim ut aliquem pcutiat. In primos artus. In primas digitorum partes. Occupat. ante aggreditur. Quaq; eſt uia proxima leto. inguina enim percuſſa homini mortem afferunt. Multo ſanguine. Cum præpoſitio ſubaudiatur:ut cum multo ſanguine intelligatur. Aegides. Theſeus ægei filius. Timebat autem pirithoo ſibi amore coniunctiſſimo theſe⁹ ab apro. Eminus eſſe. Longe abeſſe. Temeraria uirtus. inconſiderata fortitudo. Graue cornu. grauem haſtam ex cornu confectam. Torſit. iecit. Aerata. ærere & ferro munita. Votique potente futuro. hoc eſt apꝝ percuſſuro. æſculea arbore. æſculus arborẽ glãdifera ioui dicata. Aeſonides. iaſon æſonis filius. Vertit. auertit. conuertit.

Et in mentũ latrantis. Canis partẽ oris inferiorẽ mentũ iproprie poeta uocat:cũ nulli aĩalĩũ pterq̃ hoĩ mentũ & male ſint:ut ĩ undecio naturalis hiſtoriæ plinius tradit. Inter ilia. ilia in aliis aĩalibus dicuntur:q̃ in hoĩbus & ouibus lactes appellant᷑ : ut idem plinius ſcribit. Tellure. in terra. Bñ librato. forti᷑ er iacto. Oenidæ. Meleagri œnei filii.

Dũ ſæuit. Furit. Dum corpora. Dum ſe rotat

Auctor uulneris.Meleager. Iritat prouocat. Petunt.Appetunt.Cupiunt. Cruenta.cruore inficit. Exitiabile.peſtiferꝗ quod multis exitii cã fuerat. Nonacria.Atalãta.a nonacri urbe arcadiæ dicta. Spolium mei iuris.Quod iure ipſo mihi debetur.Nam meleager aprum iterfecerat.Spolia uero proprie dicuntur quæ hoſtibus detrahuntur.

Exuuias.Exuuiæ quæ ab exuendo dñr non ſolum hoīum tegmia aut ueſtes ſũt: ſed pelles quoq; & ſerpentum & alioꝝ aīalium. Virg.ii.georg.de ſerpente loquẽs. Cũ poſitis nouus exuuiis nitiduſq; iuuenta. Terga dat.tergora & pellem apri. Et magnis inſignia dentibus ora.Caput quoque apri Atalantæ traditũ fuiſſe a Meleagro poeta ait. Pone.Depone. Noſtros titulos.noſtrum honorem noſtram gloriam. Fœmina. Cũ quodam contẽ

Altheæ fratrum cædes

ptu Atalantam fœminam uocant. Theſtiadæ.plexippus & Toxeus Theſtii filii. Ne ſit longe tibi muneris auctor. ideſt ne interficiaris : ſicq; lõge ab amatore tuo ſepareris. Et huic adimunt munus Atalantæ inquit munus eripiunt. Ius aũt muneris dandi Meleagro. Non tulit. Non paſſus eſt Atalantam munere fraudari. Mauortius.bellicoſus. matri ſimilis. Frendens.fremens. Nefando ferro.nefario impio.Nã plexippus meleagri auunculus erat Hauſit percuſſit. Timentia.timentis. Eſt.n.hypallage. Toxea quid faciat.Ordo eſt.haud patitur dubitare diu meleager Toxeũ dubium quid faciat:uolentemq; & frẽm ulciſci & timentem fraterna fata. Conſorti ſanguine.fraterno. Editus.dictus nunciatus. In pœnæ amorem. in ſup

Stipes in quo melea/gri uita

plicii cupiditatem uindictæ. Stipes erat. Stipitem deſcribit poeta in quo meleagri uita continebatur. Partus enixa theſtias. Althea theſtii filia pueꝛ enixa & puerpera. Triplices ſorores.tres p

No. de parcis

cæ.Clotho lacheſis & atropos:quas Martianus capella deoꝝ ſcribas eſſe ait:& ſnias iouis ſtudio ueritatis excipere.Has latini nonã.Decimam & mortã uocarunt a partus tempore.Nam a nono & decio menſe pueri ſecundũ naturã naſcunt̃:eoq; nonæ & decimæ aſcribunt̃.Qui uero ante poſtue hoc tempus naſcuntur quaſi mõſtra morte attribuuntur. Nam ſeptimo menſe raro pueri uitales naſcuntur. Octauo nunq̃.nono ſæpe.decimo ſepius: hæ uitæ humanæ præeſſe creduntur eamq; nendo continere:uñ etiam lanificæ & puellæ & ſorores a poetis dñr.Martialis.Lanificas nulli tris exorare puellas contigit.Obſeruant quæ ſtatuere diem. parcæ aũt dictæ uel a parcendo κατ' ἀντίφρασιν qd' nulli parcant.uel a partu unius litteræ mutatiõe ut Varro ſcribit:qd' ut ait Heſiodus:hæ naſcentibus hoībus bonũ malumq; parere & præſtare cenſeantur. Has cicero Herebi & noctes filias fuiſſe ſcribit.Treſ autem parcæ tria ſunt fata numero ut Apuleius ait cum ratione temporis facientia . Nam Atropos p̃teriti temporis eſt fatum : quod ne deus quidem faceret infectũ.Vnde & atropos dicta ẽ quod uerti mutariq; nõ poſſit.Lacheſis futuro.qd' ipſa net &

Stridenteq; nouo ſpumã cũ ſanguine fundit.
Vulneris auctor adeſt:hoſtemq; iritat ad iram:
Splendidaq; aduerſos uenabula cõdit ĩ armos.
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo:
Victricemq; petunt dextræ cõiungere dextrã.
Immaneq; feram multa tellure iacentem
Mirantes ſpectant:neq; adhuc contingere tutũ
Eſſe putant.ſed tela tamen ſua quiſq; cruentat:
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit.
Atq; ita.ſume mei ſpolium nonacria iuris
Dixit:& in partem ueniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat & magnis inſignia dentibus ora.
Illi lætitiæ eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alii:totoq; erat agmine murmur:
E quibus ingenti tendentes brachia uoce
Pone age:nec titulos intercipe fœmia noſtros:
Theſtiadæ clamant:nec te fiducia formæ
Decipiat:ne ſit longe tibi captus amore
Auctor.& huic adimũt mun⁹.ius muneris illi:
Non tulit:& tumida frendens mauortius ira:
Diſcite raptores alieni dixit honoris:
Facta minis quãtum diſtent.hauſitq; nefando
Pectora plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat dubium:pariterq; uolentem
Vlciſci fratrem:fraternaq; fata timentem
Haud patitur dubitare diu:calidũq; prioris
Cæde recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona deum templis nato uictore ferebat:
Cum uidet extinctos fratres althæa referri:
Quæ plangore dato mœſtis clamoribus urbẽ
Implet:& auratas mutauit ueſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus : excidit omnis
Luctus:& a lachrymis ĩ pœnæ uerſus amorẽ ẽ.
Stipes erat:quem cum partus enixa iaceret
Theſtias:in flammã triplices poſuere ſorores.
Staminaq; impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem lignoq; tibiq;
O modo nate damus. quo poſtq̃ carmie dicto
Exceſſere deæ:flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum:ſparſitq; liquentibus undis:
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatuſq; tuos iuuenis ſeruauerat annos.
Protulit hunc genitrix:tædaſq; & fragmina põi
Imperat:& poſitis inimicos admouet ignes.

filum producit ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν: hoc eſt a ſorciendo cognominata. Clotho præſentis: quod torquendo fuſii colligit filium a lacheſi deductum ἀπὸ τοῦ κλώθειν quod eſt torquere. Pugnat materq; ſororq;. Hoc eſt affectus matris ſororiſq; in animo althææ inter ſe contendunt. Et diuerſa trahunt. Et in diuerſum trahũt

Vnum pectus. unum animum. Sæpe metu ſceleris. Elegãter deſcribit poeta mulieris animum affectu miſericordiæ ſimul & indignationis uexatum. Ferus animi ardor. Magna animi indignatio. Vim geminam Duplicem uiolentiam & uenti & æſtus maris. Errat. Vagatur animo & mente. Conſanguineas umbras.

Tum conata quater flãmis imponere ramum:
Cœpta quater tenuit. pugnat materq; ſororq;:
Et diuerſa trahunt unum duo nomina pectus.
Sæpe metu ſceleris pallebant ora futuri.
Sæpe ſuum feruens oculis dabat ira ruborem.
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Vultus erat. mõ quẽ miſereri credere poſſes.
Cũq; ferus lachrymas animi ſiccauerat ardor:
Inueniebantur lachrymæ tamen: utq; carina:
Quã uentus uentoq; rapit contrarius æſtus
Vim geminam ſentit: paretq; incerta duobus:
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat:
Inq; uices ponit: poſitamq; reſuſcitat iram.
Incipit eſſe tamen melior germana parente:
Et cõſanguineas ut ſanguine leniat umbras:
Impietate pia eſt. nam poſtq̃ peſtifer ignis
Cõualuit: rogus iſte cremet mea uiſcera dixit.
Vtq; manu dira lignum fatale tenebat:
Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras:
Pœnarũq; deæ triplices furialibus inquit
Eumenides ſacris uultus aduertite ueſtros.
Vlciſcor: facioq; nefas. mors morte piãda eſt.
In ſcelus addendum ſcelus eſt. in funera funus.
Per coaceruatos pereat domus impia luctus.
An felix œneus nato uictore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Vos modo fraterni manes animæq; recentes
Officium ſentite meum: magnoq; paratas
Accipite inferias uteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cœpta manus. meruiſſe fatemur
Illum cur pereat. mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret: uiuuſq; & uictor & ipſo
Succeſſu tumidus regnum calydonis habebit?
Vos cinis exiguus gelidæq; iacebitis umbræ?
Haud equidem patiar: pẽat ſceleratus: & ille
Spẽq; patris regnũq; trahat patriæq; ruinam.
Mens ubi materna eſt? ubi ſũt pia uota parẽtũ?
Et quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores?
O utinã primis arſiſſes ignibus infans:

fratrum animas. Leniat. Mitiget. Sanguine. filii morte. Impietate pia eſt. Videtur ſtulte eſſe dictum. Quo nanq; modo quis pius eſſe poſſit impietate? Sed pia uidetur fuiſſe Althæa fratrum cædem ulciſcendo. Impia filium necando. Lignum fatale. In quo Meleagri fata continebantur. Ante ſepulchrales aras. Quæ in ſepulchris erigebantur.

Pœnarumq; deæ triplices. Furias ĩfernales: quæ tres dicuntur eſſe Tiſiphone. Alecto & Megæra. althæa uero teſtatur ſe per nefandum ſcelus fratrum cædem ulciſci. Eumenides. furiæ dicuntur κατ' ἀντίφρασιν: quod nulli bẽiuolæ ſint aut mites.

Aduertite. Conuertite. Furialibus ſacris. A furore & indignatione ꝓuenientibus. Mors morte pianda eſt. Cædes fratrum morte filii purganda eſt. An fœlix œneus. Cum magna indignatiõe hæc ab Althæa dicuntur. Magno paratas inferias. Sacrificia magno precio & filii ſanguine comparata. Inferiæ autem dicuntur ſacrificia: quæ mortuis fiunt. Vteri mala pignora noſtri. ἐξήγησις & expoſitio inferiarum magno conparatarum. Hei mihi quo rapior. Retrahitur officio matris a cæde filii althæa. Quo rapior. In quod ſcelus trahor.

Mortis mihi diſplicet auctor. Nollem inquit althæa ego eſſe mortis filii auctor. Ergo impune feret. Indignationi iterum indulget althæa. Ergo. n. affectui & indignatõi ſeruit. Sic Auguſtus de Vergilii teſtamento. Ergo ne ſupremis potuit uox improba uerbis Tam dirum mandare nefas? Spemq; patris. œnei qui totam ſpem ſuam in meleagro filio collocarat. Mens ubi materna eſt? Ad pietatẽ qua filium proſequitur reuocat cogitationem ſuã Althæa: in quã tamen indignatione uicta diutius non perſtat. Bis quinq; menſum. Decem mẽſes in utero matres filios geſtare dicũtur: q̃uis uulgus nouem tantummodo putet. Non autem mẽſes ut fere in exemplaribus eſt deprauatum: ſed menſũ pro menſium ut monet priſcianus eſt legendum: ut decem menſium labores intelligamus. O utinam primis arſiſſes ignibus infans. Vtinã inq̃t tũc cõbuſtus fuiſſes cũ eras infãs una cũ ſtipite quem a parcis in ignem coniectũ ego ardere paſſa nõ ſum.

Tuo merito.tuo delicto. Facti.peccati: ac ſceleris tui. Stipite rapto.ex igne erepto torre & titione. Et cupio.fratres ulciſci ſubintelligatur. Et nequeo.Nō poſſum pietate qua filium proſequor impedita. Me miſeram.ibi eſt diſtinguendū.Eſt enim exclamatio:qua Althæa ſe oſtendit inuitam in filii perniciem armari. Male.in malum & calamitatem meam:Dum modo quæ dedero.De conſciſcenda ſibi quoqꝫ morte iam cogitat althæa. Funereum.funeſtum. Funeriſqꝫ ac mortis Meleagri cauſam. Et inuitis ignibus.rei inanimatæ dat ſenſum poeta per inde atqꝫ ſi ignes ipſi meleagri miſererentur. Cæcis ignibus.occultis.quorum cauſa latebat. Ignauo leto.Vili morte. Mœret.Dolet. Sociam tori.uxorem. Langueſcuntqꝫ.decreſcunt atque diminuūtur. Simul eſt extinctus uterque & ignis ſtipitis & Meleager. In leues auras.Eorum ſequitur hoc loco opinionem poeta q ſentiunt animam auram eſſe & aerem.

**Meleagri mors**

Alta iacet calydon.Si alta quo modo iacet? An mærore ex morte meleagri concepto cecidiſſe ac iacere uidebatur:quæ pauloante uirtute ipſius meleagri alta potenſque erat. Sciſſæ capillos.ſcindentes ac lacerantes capillos id quod in magnis luctibus mulieres facere ſolēt. Eſt autem ſineodoche maxime poetis uſitata. Plangunt ora.percutiunt ac genas lacerant. Heu heu.mimiſis & imitatio eſt gemitus emittentium mulierum. Puluere caniciem.pater inquit œneus puluere caput facie mqꝫ deturpat. Hoc enim in magnis mœroribus fiebat apud priſcos. Acto per uiſcera ferro.ſic quidem Ouidius.Diodorus uero ſcribit althæam laqueo uitā finiſſe. Totum helicona.omnium muſaꝝ fauorē.

Liuentia pectora tundunt.percutiunt.pectora ac liuentia reddunt:& ſubnigra. Duraqꝫ manet corpus.Cadauer Meleagri. Ipſi lecto.pheretro in quo meleagri cadauer cōpoſitū fuit. Poſt cinerē.poſteaq̄ meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutū

Hauſtos.acceptos manibus. Preſſant.aſtrigūt. Eleganter autem ea omnia effingit poeta:quæ ī funeribus fratrum a ſororibus fieri conſueuere. Affuſæqꝫ.Incumbentes.inſtratæ.proſtratæ. Nomia ſaxo ſignata.Epithaphium in ſaxo ſculptum ī quo nomen meleagri erat. Poſt.poſteaq̄. Latonia.Diana latonæ filia. Nurumque nobilis alcmenæ Deianiram Herculis uxorem. Alleuat.in aerem tollit. Corneaque ora facit.hoc eſt ora in roſtra conuertit. Verſaſque.in aues commutatas:quæ meleagrides a meleagro fratre fuerunt cognominatæ.

**Meleagri ſorores in aues**

Interea Theſeus.Mira phantaſia quique naiadum tranſmutationem in inſulas cum ſuperiore fabula poeta connectit.interfecto nāque Calydonio Apro Theſeus cum Athenas rediret:forte Achelous fluuius Aetoliam ab acarnania diſterminans ſic intumuerat: ut tutus tranſitus non uideretur.Inuitatus igitur Theſeus a fluminis deo

Idqꝫ ego paſſa forem.uixiſti munere noſtro.
Nunc merito moriere tuo.cape præmia facti.
Biſqꝫ datam primū partu.mox ſtipite rapto
Redde aīam.uel me fraternis adde ſepulchris.
Et cupio:& nequeo.qd agā:mō uulnera fratꝝ
Ante oculos mihi ſunt:& tātæ cædis imago.
Nunc aīum pietas maternaqꝫ noīa frangunt.
Me miſerā.male uincetis:ſed uincite fratres:
Dummodo quæ dedero uobis ſolatia:uoſqꝫ
Ipſe ſequar.dixit.dextraqꝫ auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit:aut uiſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes:& inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius atqꝫ abſens flamma meleagrus ab illa
Vritur:& cæcis torreri uiſcera ſentit
Ignibus:at magnos ſuperat uirtute dolores:
Quod tamen ignauo cadat &ſine ſāguine leto
Mœret.& ancæi felicia uulnera dicit.
Grandæuumqꝫ patrem:fratreſqꝫ piaſqꝫ ſorores
Cum gemitu:ſociāqꝫ tori uocat ore ſupremo:
Forſitan & matrem.creſcunt igniſqꝫ dolorqꝫ:
Langueſcuntqꝫ iteꝝ.ſimul eſt extinctus uterqꝫ:
Inqꝫ leues abiit paulatim ſpiritus auras:
Paulatim cana prunam uelante fauilla.
Alta iacet calydon.lugent iuueneſqꝫ ſeneſqꝫ:
Et uulgus ꝓcereſqꝫ gemunt:ſciſſæqꝫ capillos
Plāgunt ora ſimul mr̄es calydonides heu heu.
Puluere caniciem genitor uultuſqꝫ ſeniles
Fœdat humi ſuſus:ſpacioſūqꝫ increpat æuum.
Nam de matre manus diri ſibi conſcia facti
Exegit pœnas acto per uiſcera ferro.
Non mihi ſi centum deus ora ſonantia linguis
Ingeniumqꝫ capax:totumqꝫ helicona dediſſet:
Triſtia perſequerer miſerarum uota ſororum.
Immemores decoris liuentia pectora tundunt.
Dūqꝫ manet corpus:corpus refouētqꝫ fouētqꝫ
Oſcula dant ipſi.poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerem:cineres hauſtos ad pectora p̄ſſāt
Affuſæqꝫ iacent tumulo:ſignataqꝫ ſaxo
Noīa complexæ lachrymas ī nomina fundunt.
Quas poſtq̄ oeniæ tandem latonia clade
Ex ſatiata domus:præter Gorgenqꝫ nurumqꝫ
Nobilis alcmenæ:natis in corpora pennis
Alleuat:& longas per brachia porrigit alas.

Corneaq; ora facit:uerſaq; per aera mittit.
Interea Theſeus ſociati parte laboris
Functus erechtheas tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter:fecitq; moras Achelous eunti
Himbre tumens. ſuccede meis ait inclyte tectis
Cecropide:nec te cõmitte rapacibus undis.
Ferre trabes ſolidas obliquaq; uoluere magno
Murmure ſaxa ſolent.uidi contermina ripæ
Cũ gregib⁹ ſtabula alta trahi. nec fortibus illic
Profuit armentis.nec equis uelocibus eſſe.
Mltaq; quoq; hic torrẽs niuib⁹ de mõte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia uortice merſit.
Tutior eſt requies:ſolito dum flumina currant
Limite.dum tenues captet ſuus alueus undas.
Annuit Aegides.utorq; Acheloe domoq;
Conſilioq; tuo reſpondit.& uſus utroq; eſt.
Pumice multicauo nec leuibus atria toffis
Structa ſubit. molli tellus erat humida muſco.
Summa lacunabant alterno murice conchæ.
Iamq; duas lucis partes hyperione menſo
Diſcubuere toris theſeus comiteſq; laborum:
Hac ixionides.illa trœzenius heros
Parte lelex raris iam ſparſus tempora canis:
Quoſq; alios parili fuerat dignatus honore
Amnis acarnãum lætiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nudæ ueſtigia nymphæ
Inſtruxere epulis mẽſas dapibuſq; remotis
In gẽma poſuere merũ.tum maximus heros
Aequora proſpiciẽs oculis ſubiecta quis inqt
Ille locus:digitoq; oſtendit:& inſula nomẽ
Quod gerit illa doce:q̃q̃ non una uidetur.
Amnis ad hæc:nõ ẽ inqt: qđ cernimus unum.
Quinq; iacẽt terræ:ſpatium diſcrimina fallit.
Quoq; minus ſpretæ factum mirere dianæ:
Naiades hæ fuerant:q̃ cum bis quinq; iuuẽcos
Mactaſſẽt:ruriſq; deos ad ſacra uocaſſent.
Immemores noſtri feſtas duxere choreas.
Intumui:quãtuſq; feror cum plurimus unq̃
Tantus erã:pariterq; animis immanis & undis
A ſiluis ſiluas & ab aruis arua reuulſi.
Cunq; loco nymphas mẽores tum deiq; nrĩ
Infreta prouolui.fluctus noſterq; mariſq;
Cõtinuam diduxit humum:pariterq; reuellit
In totidẽ mediis:quot cernis:echiadas undis.

Acheloo domum illius intrauit:tantiſper illic futurus:dum tuto tranſire poſſet. Cum uero poſt cœnam Theſeus in mare proſpiciens uidiſſet inſulas quaſdam:Acheloũ rogauit:quot illæ inſulæ eſſent a quo nomine appellarentur:cui Achelous reſpondit Naiades quinq; fuiſſe illorum locorum accolas quæ cum aliis diis ſe ſpreto ſacrificaſſent: eas cũ locis ſuis in mare ab ſe indignato fuiſſe prouolutas: ac in inſulas quinq; nomine echinadas & ſuis & fluctibus marinis fuiſſe diſcretas. Sociati laboris.cõmunicati ſibi cũ multis aliis Erechtheas tritonidos arces.Periphraſis eſt athenage: quæ & in palladis tutela ſunt:& ab erechtheo rege erechtheæ dicuntur. Fecitq; moras Achelous eunti Himbre tumens. Achelous oceani tethyos filius fuiſſe ab Heſiodo ſcribitur.Is cum peteret Deianiram Oenei calydõiæ regis filiam:Herculem in ſe cõuertit: a quo ſuperatus:in fluuio iuxta calydoniam labẽs ſe occultauit:nomenq; flumini impoſuit:quod quidem a pindo theſſaliæ mõte oritur: Aetoliamque ab acarnania diſtinguit.Sane apud antiquos:aqua ut Macrobius:Seruiuſq; ſcribũt:generaliter Achelous dicebatur.Vnde Vergilius in Georg.primo. Poculaq; inuentis acheloia miſcuit uuis. Turbineo uortice.In modum turbinis ſe uoluente. Vortex enim proprie dicitur contorta in ſe aqua. Turbo autem eſt uis uenti: & inſtrumetum quo pueri ludunt:fune illud in terram incutientes. Tutior eſt requies.ſecurior eſt mora. Nec leuibus toffis.aſperis:impolitis.Toffus enim lapis eſt cauernoſus:Deſcribit autem poeta ſpeluncam fluminis deo conuenientem. Molli muſco.Muſcus herba eſt tenuiſſima iuxta fontes ac in locis hũidis naſcens. Sũma lacunabant.Superiores inquit ſpeluncæ partes in lacunaria diſtinguebant cõchæ alternis muricibus diſtinctæ.Nam lacunare eſt lacus ac lacunaria facere.Murex autem genus eſt cochleæ unde fit purpura. Hyperione.Sole.Hyperiõ nanq; cæli fuit filius:qui ex ſorore ſolem fertur genuiſſe.Verum pro ſole fere ponitur. Hac ixionides.Pirithous ixionis filius perpetuus Theſei comes. Nudæ ueſtigia nymphæ.Pedes nudos habentes nymphæ.eſt enim ſinegdoche. In gẽma. In gemmatis poculis. Spatium diſcrimina fallit. Breuitas inquit ſpatii diſcrimina atq; ſeparationes inſularum confundit. Spretæ.contemptæ. Cũ plurimus unq̃.maximus. Diduxit.diuiſit. Mediis quot cernis echinadas undis.Echinades quæ & echinæ dicuntur inſulæ ſũt ad hoſtium acheloi Aetoliæ fluuii:qui limum aſſiduæ inuehendo illas effeciſſe uidetur.Dictæ ſunt autem echinades uel ab echinis quibus abundant:uel ut ſcribit Appollodorus:ab echino quodam uate.

Achelo*

Naiades in Echinadas ſulas.

Vt tamen ipſe uides.Perimele hippodamantis filia ab Acheloo uim paſſa e ſaxo a patre in mare fuit precipitata.achelous uero de amicæ ſalute admodum ſollicitus Neptunum rogauit:ne eam ſubmergi pateretur:ſed ei aut locum præberet aut ipſam locum efficeret.precibus igitur acheloi motus neptunus eam in inſulam haud longe ab Echinadibus diſtantem commutauit. Virgineum nomen ademi.uirginitatem eripui. Protulit.proiecit. In profundum. In mare altum. Sacri amnes.Omnes fluuii numen habere dicuntur.Vnde & ſacri nuncupantur. Feritate paterna.Crudelitate patris. Mouit caput equoreus rex. Neptunus annuit meis precibus. Salientia.palpitantia: id quod timore percuſſis accidere ſolet. Præcordia.pectora hoc loco quod cordi prætendantur.Proprie uero præcordia dicuntur partes cordi preiacentes.

perimele in inſulam

Grauis inſula.Magna.inſula uero dicitur quod ſit in ſalo hoc eſt in mari collocata. Amnis ab his tacuit.Hæc ad connectendas quæ ſubiiciuntur metamorphoſis dicuntur. narraturus enim eſt poeta quenadmodum iupiter atq; mercurius in hominũ figuras conuerſi phrygiam peragrarunt:ut hoĩum benignitatem experirentur. Cum uero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio caſam Philemonis ruſtici atq; pauperis ſubiere:a quo benigne accepti cum ſe deos eſſe indicaſſẽt: & anſerem quẽ unicum habebat occidere uetuerunt:& ut ſecũ collem aſcenderet cum Baucide uxore admonuerũt. Profecti igitur domo cum eſſent:ecce oppidum illud in lacum uidẽt conuerſũ. omneſq; domus ſubmerſas præter unicam ſuam caſam: quæ & ipſa in magnificentiſſimum templum cum fuiſſet mutata hortantibus diis:ut quicquid uellent peterent:philemon reſpondit ſe uelle eſſe illius templi ſacerdotes ea conditione:ut nec ipſe uxoris. nec uxor uiri mortem unq̃ uideret.id uero facile ĩpetrarunt. Nã una & eadem hora cum ad extremam perueniſſẽt ſenectutem:in arbores alter quercum:altera tiliam tranſmutati fuerunt.Hæc autem adeo perſpicue a poeta deſcribuntur:ut nihil expoſitionis indigere uideantur. Ab his.Poſt hæc. Spretor deorum Contemptor. Si dant adimuntq; figuras.Si poſſunt & dare & eripere formas rebus. Animo maturus & æuo.Lelegem & prudentem & ſenẽ & bonum uirum fuiſſe poeta ſignificat. Immenſa eſt. Sententia pio grauiq; uiro maxime conueniens.

Tiliæ contermina.Vicina.Tilia autem arbor eſt fructum non ferens. Nam me pelopeia pittheuſ miſit in arua.pitheus lelegis pater fuit & Aethræ Theſei matris. Pelopeia autem arua non peloponeſum:ut quidam putant:ſed phrygiã dicit. Nã pelops Tantali phrygiæ regis filius fuit:qui inde ĩ peloponeſum uenit. Suo parenti. Pelopi. Nam pittheus & Troezen Pelopis filii fuere: Vt Strabo narrat. Fulicis paluſtribus:Fulicæ aues ſunt notiſſimæ in paludibus uiuentes. Specie mortalis. Humanam in figuram uerſus. Atlãtiades caducifer.Mercurius caduceum gerens.

Oppidũ ĩ ſtagnũ

Iupiter mercurius ĩ homines

Vt tamen ipſe uides:ꝓcul en ꝓcul una receſſit
Inſula grata mihi.perimelen nauita dicit.
Huic ego uirgineum dilectæ nomen ademi:
Quod pater hippodamas ægre tulit:ĩ q̃ ꝓfũdũ
Propulit e ſcopulo perituræ corpora natæ:
Excepi:nantemq; ferens.o proxima terræ
Regna uagæ dixi ſortite tridentifer undæ:
In quo deſinimus.quo ſacri currimus amnes:
Huc ades:atq; audi placidus neptune precãtẽ.
Huic ego:quã porto nocui ſi mitis & æquus.
Si pater hippodamas:aut ſi minus ĩpius eſſet:
Debuit illius miſereri: & ignoſcere nobis:
Cui quondã tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem:merſæq; precor feritate paterna
Da neptune locum:uel ſit locus ipſa licebit.
Hũc quoq; cõplectar.mouit caput æquoreus rex.
Concuſſitq; ſuis oẽs aſſenſibus undas.
Extimuit nymphe.nabat tamen.ipſe natantis
Pectora tangebã trepido ſalientia motu.
Dumq; ea contrecto:totum dureſcere ſenſi
Corpus: & inducta condi præcordia terra.
Dũ loquor:ãplexa ẽ artus noua terra natantes:
Et grauis increuit mutatis inſula membris.
Amnis ab his tacuit.factum mirabile cunctos
Mouerat.irridet credentes:utq; deorum
Spretor erat mentiſq; ferox ixione natus:
Ficta refers:nimiumq; putas acheloe potentes
Eſſe deos dixit:ſi dant adimuntq; figuras.
Obſtipuere oẽs:nec talia dicta probarunt.
Ante omneſq; lelex animo maturus & æuo
Sic ait immenſa eſt:finemq; potentia cæli
Non habet. & q̧cquid ſupi uoluere peractũ ẽ.
Quoq; minus dubites:tiliæ cõtermina quercꝰ
Collibus ẽ phrygiis medio circundata muro.
Ipſe locum uidi.nã me pelopeia pittheus
Miſit in arua ſuo quondam regnata parenti:
Haud ꝓcul hic ſtagnum ẽ.tellus hĩtabilis olim:
Nũc celebres mergis fuliciſq; paluſtribus undæ.
Iupiter huc ſpecie mortalis cunq; parẽte
Venit atlantiades poſitis caducifer alis:

Mille domos adiere locum requiemq; petẽtes.
Mille domos clauſere ſeræ. tamen una recepit
Parua quidem ſtipulis & canna tecta paluſtri.
Sed pia baucis anus parilíq; ætate philemon.
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus. illa
Conſenuere caſa: paupertatemq; ferendo
Effecere leuem: nec iniqua mente ferendam.
Nec refert dominos illic famulos ne requiras.
Tota domus duo ſunt. iidẽ parentq; iubentq;.
Ergo ubi cælicolæ paruos tetigere penates:
Summiſſoq; humiles ĩtrarũt uertice poſtes:
Mẽbra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſup iniecit textũ rude ſedula baucis
Inde foco tepidum cinerem dimouit: & ignes
Suſcitat heſternos: foliiſq; & cortice ſicco
Nutrit: & ad flammas anima perducit anili.
Multifidaſq; faces ramaliaq; arida tecto
Detulit: & minuit: paruoq; admouit aheno.
Quodq; ſuus cõiunx riguo collegerat: horto:
Truncat holus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno:
Seruatoq; diu reſecat de tergore partem
Exiguã: ſectamq; domat feruentibus undis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas.
Sentiriq; moram prohibent. erat alueus illic
Fagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis: artuſq; fouendos
Accipit. in medio torus eſt de mollibus uluis
Impoſitus tecto ſponda pedibuſq; ſalignis.
Veſtibus hunc uelant: quas nõ niſi tpe feſto
Sternere conſuerant: ſed & hæc uiliſq; uetuſq;
Veſtis erat lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere dei. menſam ſuccincta tremenſq;.
Ponit anus. menſæ ſed erat pes tertius impar.
Teſta parem fecit: quæ poſtq̃ ſubdita cliuum
Suſtulit: æquatam mentha exterſere uirenti:
Ponitur hic bicolor ſynceræ bacca mineruæ:
Conditaq; in liquida corna autumnalia fæce:
Intybaque & radix: & lactis maſſa coacti:
Ouaq; non acri leuiter uerſata fauilla:
Omnia fictilibus. poſt hæc cælatus eodem
Siſtitur argento crater: fabricataq; fago
Pocula: quæ caua ſunt flauentibus illita ceris.
Parua mora eſt: epulaſq; foci miſere calentes.

Seræ. Ianuæ. A parte nanq; totum intelligimus. Sera enim pars eſt ianuæ in quam clauis immittit. *Sera*

Parili ætatæ. Pari & æquali. Tota domus. Tota familia. Iidem parentq; iubentq;. Idem inquit domini ſunt & ſerui. Releuare membra. Leuia facere quæ propter laſſitudinem grauia uidebantur. Sedere enim illos iuſſit philæmon. Poſito ſedili. Appoſita ſede. Quod ſuper. Anaſtrophe eſt. præpoſitio nanq; poſtpoſita eſt. Anima Spiritu & flatu. Et minuit. Fregit & minuta paruaq; reddidit. Eleganter autem poeta ruſtici pauperis apparatũ & mores deſcribit. Truncat olus foliis. minutatĩ olera cum foliis incidit. Sordida. Fumoſa. De tergore. diu ſeruato. Tergum illud ſuis uetus fuiſſe innuit poeta & rancidum. De tergore de tergo. frequenter autem utrunq; pro altero põitur. Domat. Mollit & coquit. Significat autem duriſſimam fuiſſe illam carnem. Domari enim dicũtur quæ repugnant. Alueus fagineus. Dolium ex fago cõfectum. Artus fouendos. Pedes lauandos. Nam hoſpitibus etiamnum quo die accipiuntur: pedes lauari ſolent. In medio lecto. Sicquidem legitur ſed tecto forſitan pro lecto Ouidius ſcriptum reliquit: ut intelligamus ĩ media caſa totum & lectum fuiſſe. non ex plumis: ſed ex uluis paluſtribus herbis confectum. Salignis. ex ſalice factis. Velãt. Cooperiunt. Sternere. Lecto iniicere & imponere. Non indignanda. Non indigna reputanda. Lecto ſaligno. ex ſalice uili: ac uulgari arbore cõfecto. Baucis & philemon a... bores

Succincta anus. Habitum ruſticæ mulieris effingit. Cliuum inequalitatem menſæ cliuum appellat. Mentha uirenti. Menta ſuauiſſimi odoris eſt herba. Exterſere. emundauere. Bicolor bacca. Periphraſis eſt oliuæ: quæ bicolor dicitur quod & uiridis ẽ & nigra. Sinceræ Mineruæ. Integræ. Virginis Mineruæ. Autumnalia. Autumno matureſcentia. Intybaq; & radix. Intybum quod & Cicorium uocatur herba eſt agreſtis. Radix uero ſpecies eſt herbæ: quæ & radicula dicitur His autẽ herbis etiamnum in acetariis ueſcimur. Et lactis maſſa coacti. periphraſis eſt caſei. Non acri fauilla. In igne leui. non uehementi. Nam oua niſi leuiter in cinere calido uerſentur facile rumpuntur. Omnia fictilibus. Apponuntur: & in præpoſitio ſubaudiatur. fictilia autem ſunt uaſa terrea a fingendo dicta. Eodem argento. Quo & fictilia. facere autem innuit craterem quoq; fictilem fuiſſe. Siſtit᷑. Collocatur in menſa. Apparatum autem menſæ ruſticæ eleganter effingit poeta. Fago. Fagus arbor ẽ glandifera ex cuius ligno uaſa conficiũtur. Quæ caua ſunt. Quæ in concauitate inquit ſunt flaua cæra intecta. Illita. intecta. Epulas calentes. Cibos calidos. Quæ enim hactenus deſcripta ſunt: frigida comeduntur. *fictilia* *fagus*

Nec longæ uina ſenectæ. Vinum nouum appoſitum fuiſſe ait. non uetus: qđ diuites bibere ſolent.

Paulum ſeducta. ſepoſita & remota. Caryca. ficus eſt ſpeties caryca a caryca laconiæ loco ubi optimæ naſcuntur denominata: quæ quia optimæ ſũt ſiccæ: hinc uſus optinuit ut carycæ pro ficubus ſiccis accipiantur. Rugoſis palmis. cum fructibus palmæ rugoſis & ſiccis quos nunc uulgo dactylos uocant. Prunaq;. poma ſunt notiſſima: quorũ uaria ſunt genera ut Pli. ſcribit. Super omnia uultus. Ante omnia inquit boni & Hylares uultus affuerunt. Hauſtum cratera. euacuatum urceũ. Cõcipiunt preces. precari incipiunt. Diis hoſpitibus. Ioui & mercurio quos hoſpitio ſuſcepant. Ille celer penna tardos. pulchro antitheto exornat hoc carmen. Impia uicia. Inhoſpitales uicini. Immunibns. Expertibus. Huius mali. huius calamitatis: qua uicinos ueſtros ſumus affecturi. Modo. Solum. Comitate. antique dixit pro comitamini. Ite ſimul. uenite nobiſcum. Nituntur lõgo. hoc eſt longum & arduum cliuum aſcendere conantur. Manere. Stare. ſupereſſe. Fata. Infortunia.

Suorum. Vicinorum. Pia culmina. Ipſi pii. eſt enim hypallage. Et iam caſa parua. Et olim caſa parua. Caſæ ꝓprie dicuntur ruſticæ domus. Furcas ſubiere columnæ. Furcæ in columnas fuerunt commutatæ. in magnificum uero templum philemonis caſam conuerſam fuiſſe ſcribit. Adopertaq; marmore tellus. Solum templi marmore ſtratum. Iudicium commune. uotum. cupiditatem. Deſiderium. Aperit. Indicat manifeſtat. Delubraq; ueſtra tueri. Veſtra templa cuſtodire. Concordes egimus annos. Concordes unanimeſq; uixius. Duos. Ambos. Buſta. Funera. Tumulandus. Sepeliendus. Vota fides ſequitur. nã iupiter ut pollicitus fuerat: id qđ petierant conceſſit.

Caſa in templũ

Nec longæ rurſus referuntur uina ſenectæ.
Datq; locum menſis paulũ ſeducta ſecundis:
Hic nux: hic mixta eſt rugioſis caryca palmis:
Prunaq; & in patulis redolẽtia mala caniſtris:
Et de purpureis collectæ uitibus uuæ.
Cãdidus in medio fauus ẽ. ſuper omnia uultus
Acceſſere boni: nec iners pauperq; uoluntas.
Interea quotiens hauſtum cratera repleri
Sponte ſua: per ſeq; uident ſuccreſcere uina:
Attoniti nouitate pauent: manibuſq; ſupinis
Concipiũt baucisq; preces timiduſq; philemõ.
Et ueniam dapibus nulliſq; paratibus orant.
Vnicus anſer erat minimæ cuſtodia uillæ:
Quẽ diis hoſpitibus domini mactare parabãt.
Ille celer penna tardos ætate fatigat:
Eluditq; diu: tandemq; eſt uiſus ad ipſos
Confugiſſe deos. ſuperi uetuere necari.
Diiq; ſumus: meritaſq; luet uicinia pœnas
Impia dixerunt. uobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur: modo ueſtra relinquite tecta
Ac noſtros comitate gradus: & in ardua mõtis
Ite ſimul. parent: & diis præeuntibus ambo
Membra leuant baculis: tardiq; ſenilibus annis
Nituntur longo ueſtigia ponere cliuo.
Tm̃ aberant ſummo: quantũ ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt. flexere oculos: & merſa palude
Cætera proſpiciunt: tãtum ſua tecta manere.
Dumq; ea mirantur. dum deflent fata ſuorũ.
Merſa uident: quæruntq; ſuæ pia culmina uillæ.
Sola loco ſtabant. dum deflent fata ſuorum:
Illa uetus dominis & iam caſa parua duobus
Vertitur in templum. furcas ſubiere columnæ.
Stramina flaueſcunt: aurataq; tecta uidentur:
Cælatæq; fores: adopertaq; marmore tellus:
Concipiũt baucisq; preces timiduſq; philemõ.
Talia cum placido ſaturnius edidit ore.
Dicite iuſte ſenex & fœmina coniuge iuſto
Digna: quid optetis. cũ baucide pauca locut⁹
Iudicium ſuperis aperit commune philemon.
Eſſe ſacerdotes delubraq; ueſtra tueri
Poſcimus. & quoniam cõcordes egi᷑us annos:
Auferat hora duos eadem nec coniugis unq̃
Buſta meæ uideam. neu ſim tumulãdus ab illa.
Vota fides ſequitur. templi tutela fuere:

Annis æuoq; ſoluti.Senio cōfecti. Ante gradus ſacros.Ante gradus ianuæ templi. Narrarent.Commemorarent. Caſus loci.Ea quæ loco illi euenerant. Frondere.frondes emittere.Simul aūt ambo in arbores fuere conuerſi Philemon in quercum.Baucis uero in Tiliam. Creſcente cacumine.Vertice capitis.Innuit aūt capillos in frondes fuiſſe conuerſos. Dum licuit.Donec potuerunt. Frutex.Fruticis & arboris cortex. Thyneius incola.Thynia ergo eſt contermina phrygiæ.Vnde Thyneius declinari uidetur. De gemino corpore De duobus corporibus Baucidis & philemonis factos. Non uani ſenes.Veri non falſi.Vanus.n.interdū falſum ac mendacem ſignificat.Interdū ſtultum.Iuuenalis.Sic placitum uano qui nos diſtinxit othoni.

Donec uita data eſt.annis æuoq; ſoluti
Ante gradus ſacros cum ſtarent forte:lociq;
Narrarent caſus frondere philemona baucis:
Baucida conſpexit ſenior frondere philemon.
Iamq; ſuper geminos creſcēte cacumīe uultus:
Mutua dum licuit:reddebant dicta:ualeq;
O coniunx dixere ſimul.ſimul abdita texit
Ora frutex.oſtendit adhuc thyneius illic
Incola de gemino uicinos corpore truncos
Hæc mihi non uani.nec erat cur fallere uellēt:
Narrauere ſenes.equidem pēdētia uidi
Serta ſuper ramos;ponenſq; recentia dixi:
Cura deum dii ſint:& qui coluere colantur.
Deſierat:cunctoſq; & res & mouerat auctor.
Theſea præcipue:quem facta audire uolentē
Mira deum nixus cubito calydonius amnis
Talibus alloquitur.ſunt o fortiſſime:quorum
Forma ſemel mota ē:& ī hoc renouamīe mãſit
Sunt quibus in plures ius eſt tranſire figuras.
Vt tibi complexi terram maris incola proteu.
Nam modo te iuuenem.mō te uidere leonem.
Nunc uiolentus aper.nūc quē tetigiſſe timerēt
Anguis eras.modo te faciebant cornua tauꝝ.
Sæpe lapis poteras.arbor ſæpe quoq; uideri.
Interdum faciem liquidaꝝ imitatus aquarum
Flumen eras.interdum undis contrarius ignis.
Nec minus autolyci coniunx eryſichthōe nata
Iuris habet.pater huius erat:qui numina diuū
Sperneret;& nullos aris adoleret honores.
Ille etiam cereale nemus uiolaſſe ſecuri
Dicitur;& lucos ferro temeraſſe uetuſtos.
Stabat in his ingens annoſo robore quercus

Neq; erat cur fallere uellent.Hæc coniunctio.n. ſubintelligatur.Eſt nanq; parentheſis cauſam continens cur ſenes illi non fuerint mentiti. Equidem pendentia uidi. Argumentis probat lelex ea quæ narrauit eſſe uera. Serta coronæ. a ferendis floribus dicta.Coronæ aūt & in locis & in arboribus ſacris appendebantur. Ponens.Appendēs.

Cura deum dii ſint.hoc eſt.qui curam ſuſcepere deoꝝ.dii efficiantur:& qui deos coluere:ipſi quoq; pro diis colantur. Deſierat.Loqui lelex ſubaudiatur. Et res.Miranda. Et auctor.Lelex uir grauis & fide dignus.Calydonius amnis.Achelous. Semel mota eſt.Mutata. In hoc renouamine. in hac renouatione. Ius eſt.Facultas & poteſtas. Vt tibi complexi terram maris icola proteu. Proteus oceani & tethyos fuit filius: ut in theogonia Heſiodus ſcribit.Hic habuit patriam Pelleneo:qua relicta in carpatho inſula regnauit. Fuit autem uates clariſſimus iliacis temporibus:qui ſe in uarias mutabat figuras:de quo Virg.quarto georgicorum ſic ſcribit.Eſt in carpathio Neptuni gurgite uates Cæruleus proteus:magnum qui piſcibus æquor:Et iūcto bipedum curru metitur equoꝝ Hinc nūc Emathiæ portus patriāq; reuiſit Pallenen.hunc & nymphæ uenerantur & ipſe grandeuus nereus : nouit nanq; oia uates:Quæ ſint:quæ fuerint:q̄ mox uentura trahātur:& paulopoſt.Tum uariæ eludēt ſpecies atq; ora feraꝝ.Fiet.n.ſubito ſus horridus.atraq; tigris.Squamoſuſq; draco:& fulua ceruice leæna Aut acrem flāmæ ſonitum dabit:atq; ita uinclis Excidet.aut in aquas tenuis dilapſus abibit.& quæ ſequuntur.Proteus aūt idcirco in uarias figuras ſe cōmutaſſe fingitꝰ:qd ut Diodorus ſcribit:rex fuit Aegypti:quē Aegyptii cerea uocant.artiū & in primis aſtrologiæ peritus .Aegyptiis āt regibus mos erat ut leonis aut tauri aut draconis priorem partem in capite ferrent inſignia principatus. Quādoq; uero arborē.qñq; ignē qñq; redolentia unguēta. Hæc āt & ad decorē ornatumq; ſpectabant:& ſtuporem & ſuperſtitionem quandam aſpicientibus iniiciebāt

Proteus in uarias figuras

Metra in uarias formas

Maris cōplexi terram.Nā terra infima eſt oīum elementorum quam ita oceanus complectitur : ut aer oceanum.aerem æther.ætherem cælum. Nec minus autolici coniunx.Metra eryſichthonis filia. Autolycus uero:ut in odyſ.ſcri.Home.pater fuit Anticliæ matris Vlyſſis decipiendi ac peierandi ſcientia a Mercurio donatus.Eryſichthōe natā.Eriſichthon theſſalus fuit deorum contemptor qui cum cereri nemus conſecratū ac in eo quercum in qua nympha habitabat:ſuccidiſſet : hamadryades illorum montium incolæ ad cererem conuenerunt præcantes ut tantam impietatem ulciſceretur.Ea uero & ſua & hamadryadum cauſa mota numinum cōtemptorem eryſichthonem nouo pœnæ genere aſſidua fame cruciare decreuit.Vnam igitur e nymphis ad Famem in ultimam ſcythiam miſit:quæ nomine ſuo ipſam oraret:ut eryſichthonem ita ſtimularet:ut nullis cibis ſatiari poſſet.Cum uero hoc perfeciſſet fames;eryſichthon poſteaquam totum patrimonium uen

tri impendit:unicam quoq; filiam nomine Metran
ut alii tapoeida forma ita preſtantem: ut a Neptúo
fuerit rapta:uendere coactus eſt. Ea uero ne ſerua
fieret:cum Neptunum cui ſciebat ſe gratam eſſe:ro
gaſſet:ut ſui miſereretur:ilico in piſcatorem uetulū
eam ipſe commutauit:conceſſitq;:ut in quaſcunq;
uellet formas ſe conuertere poſſet. Sed cū ſæpius
emptores precio fraudaſſet:iamq; doli oēs conſum
pti eſſent:eryſichthon membra propria cum lace-
rare cœpiſſet:dignum impietate ſua exitum eſt ſor
titus: Et nullos aris adoleret honores. Nullas di
is uictimas immolaret. Nemus cereale. cereri cō
ſecratum. Temeraſſe. uiolaſſe. Argumenta. ſi-
gna. Vna nemus. Magnitudinem quercus innu
it:quæ tāta erat. ut ſola nemus efficere poſſet. Me
mores tabellæ. memoriam eorum cōtinentes: qui
ope illius nymphæ:cōpotes uoti facti fuiſſet. Trū
ci modum. Stipitis magnitudinem. Circumiere
Circundedere. Nec non & cætera tantum. Tan-
to inquit maior reliqua ſilua erat ea quercus:quan
to arbores herbis ſunt altiores. Dryopeius. ery-
ſichthon. Dryopes populi ſunt Theſſaliæ a Dryo-
pe rege dicti:unde & Theſſalia Dryopis fuit appel
lata. Illa. ab illa. Sacrum robur.. ſacram quercū
Dedit. Edidit. emiſit. Decidua. quæ decideba-
tur. Ducere. Capere. Contrahere. Diſcuſſo cor
tice. fracto aperto. Abrupta ceruice. abſciſſo col-
lo. Profundi. effundi. profluere. Deterrere. Ter
rore diſſuadere. Sæuam bipennem. crudelem: ut
pote. quæ cedebat quercum gementē. Theſſalus.
Eryſichthō. Edit^{9} e medio de robore. Altera harū
præpoſitionum redundat:tantumq; uerſui non ēt
ſenſui neceſſaria uidetur. Foſitan uero & loco illi-
us e præpoſitionis eſt legendum ac pro etiam acci
piendū. Inſtare. immin̄ere ac propinquas eſſe.
Perſequitur. peragit. Adducta. attracta. Pro
ſtrauit. in terram deiecit. Attonitæ dryades per-
territæ arborum nymphæ. Veſtibus atris. pulliſ
ac nigris luctui conuenientibus. Annuit. Nutu
conſenſit atq; promiſit. Molitur. Præparat. Mi-
ſerabilis. Miſericordia dignus. Lacerare. laniare
cruciare. Quatinus. quoniam. Coire. cōueni-
re. contraria nāq; ſimul eſſe nō poſſunt. Eſt aūt parē
theſis cām continēs cur famē ceres adiere nō poſſit
Oreada. nymphā montanam oreades nāq; mō-
tium ſunt nymphæ ἀπὸ τοῦ ὄρους. hoc eſt a mō
te cognominatæ. Eſt locus extremis. Topogra-
phia & loci maxime fami conuenientis deſcriptio:
ut qui perpetuis frigoribus ſit ſteriliſſimus. Scy
thiæ glacialis. frigidiſſimæ ubi ſunt perpetuæ ni-

nota

Vna nemus uittæ mediam memoresq; tabellæ
Sertaq; cingebant uoti argumenta potentis:
Sæpe ſub hac dryades feſtas duxere choreas,
Sæpe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiere modum:menſuraq; roboris ulnas
Quinq; ter implebat:nec non & cætera tantū
Silua ſub hac omnis quantū fuit herba ſub illa,
Non tamen idcirco ferrum dryopeius illa
Abſtinuit:famuloſq; iubet ſuccidere ſacrum
Robur: & ut iuſſos contari uidit:ab uno
Edidit hæc rapta ſceleratus uerba ſecuri.
Non dilecta deæ ſolum:ſed & ipſa licebit
Sit dea:iam tanget frondente cacumine terrā,
Dixit: & obliquos dum telum librat in ictus:
Cōtremuit:gemitumq; dedit decidua quercus
Et pariter frondes, pariter palleſcere glandes
Cœpere: ac longi pallorem ducere rami.
Cuius ut in trunco fecit manus impia uulnus,
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis:
Quā ſolet:ante aras ingens ubi uictima taurus
Concidit:abrupta cruor e ceruice profundi.
Obſtupuere omnes:aliquiſq; ex oībus audet
Deterrere nefas:ſæuamq; inhibere bipennem,
Aſpicit hunc mentiſq; piæ cape præmia dixit
Theſſalus:inq; uirum conuertit ab arbore ferrū
Detruncatq; caput:repetitaq; robora cædit.
Editus & medio ſonus eſt de robore talis.
Nympha ſub hoc ego ſū cereri gratiſſia ligno,
Quæ tibi factorū pœnas inſtare tuorum
Vaticinor moriens noſtri ſolatia leti.
Perſequitur ſcelus ille ſuum: labefactaq; tādem
Ictibus innumeris adductaq; funibus arbor
Corruit, & multam proſtrauit pondere ſiluam,
Attonitæ dryades damno nemorumq; ſuoq;
Omnes germanæ cererem cū ueſtibus atris
Mœrentes adeunt:pœnāq; eryſichthonis orāt,
Annuit his: capitiſq; ſui pulcherrima motu
Concuſſit grauidis oneratos meſſibus agros:
Moliturq; genus pœnæ miſerabile:ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis:
Peſtifera lacerare fame:quæ quatinus ipſi
Non adeunda deæ (neq;. n. cereremq; faméq;
Fata coire ſinunt) montani numinis unam
Famis patria
Talibus agreſtem compellat oreada dictis.
Eſt locus extremis ſcythiæ glatialis in horis

Triſte ſolũ.ſterilis ſine fruge.ſine arbore tellus:
Frigus iners illic habitant pallorq; tremorq;:
Et ieiuna fames.ea ſe in præcordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube.nec copia rerum
Vincat eam:ſuperetq; meas certamine uires.
Neue uiæ ſpatium te terreat:accipe currus.
Accipe quos frænis alte moderere dracones.
Et dedit.illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in ſcythiam:rigidiq; cacumina montis
(Caucaſon appellant)ſerpentum colla leuauit:
Quæſitamq; famem lapidoſo uidit in agro
Vnguibus & raris uellentem dentibus herbas.
Hirtus erat crinis:caua lumina.pallor in ore.
Labra incana ſitu:ſcabriq; rubigine dentes.
Dura cutis:per quã ſpectari uiſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro uentre locus.pẽdere putares
Pectus:& a ſpinæ tantũmodo crate teneri.
Auxerat articulos macies:genuũq; tumebat
Orbis:& imodico prodibant tubere tali.
Hanc procul ut uidit(neq; eni ẽ accedere iuxta
Auſa)refert mãdata deæ:paulumq; morata:
Quãq̃ aberat longe.q̃q̃ modo uenerat illuc:
Viſa tñ ſenſiſſe famem.retroq; dracones
Egit in Aemoniam uerſis ſublimis habenis.
Dicta fames cereris.q̃uis contraria ſemper
Illius eſt operi:peragit:perq; aera uento
Ad iuſſam delata domũ eſt:& protinus intrat
Sacrilegi thalamos:altoq; ſopore ſolutum
(Noctis enim tp̃s)geminis amplectitur ulnis.
Seq; uiro inſpirat:fauceſq; & pectus & ora
Afflat:& in uacuis peragit ieiunia uenis.
Functaq; mandato fœcundum deſerit orbem.
Inq; domos inopes aſſuetaq; uertitur antra
Lenis adhuc ſõnus placidis eryſichthona pẽnis
Mulcebat.petit ille dapes ſub imagine ſomni:
Oraq; uana mouet:dentemq; in dẽte fatigat:
Exercetq; cibo deluſum guttur inani:
Proq; epulis tenues nequicq̃ deuorat auras.
Vt uero eſt expulſa quies:furit ardor edendi:
Perq; auidas fauces imenſaq; uiſcera regnat.
Nec mora:qđ põtus.qđ terra.qđ educat aer
Poſcit:& appoſitis queritur ieiunia menſis:
Inq; epulis epulas quærit.quodq; urbibus eſſe
Quodq; ſatis poterat populo:nõ ſufficit uni.

ues.ſcythia autẽ a ſcythe iouis filio:qui primus arum & ſagittas inueniſſe ſcribitur:fuit denominata

Frigus iners..pigræ:ab effectu quod pigros faciat:& inertes. Pallorq; tremorq;.hi ſunt perpetui frigoris comites. Sacrilegi.Eriſichthonis.Sacrilegus nanq; dicitur qui ſacra uiolat atque furatur.

Viæ ſpatium.Viæ lõgitudo. Moderere dracones.regas atq; gubernes. Currus autem cereris a draconibus trahi fingit᷑. Caucaſõ appellant.Caucaſus mons eſt ſcythiæ oĩum altiſſimus. Quæſitamq; famem.Ita famem deſcribit poeta:ac ſi corpus haberet:fœminaq; eſſet famelica. Hirtus erat Famis deſcriptio
crinis.Horridi erant capilli. Labra incana.Valde pallida. Scabri.aſperi. Extabant.eminebant. Vẽtris erat pro uentre locus. Nihil uentris habebat.

Crate ſpinæ.Oſſa ſpinæ cratem appellat ob ſimilitudinem. Articulos.nodos. Immodico tubere.Magno tumore. Neq; enim eſt accedere iuxta auſa.Nympha ne fameſcere incĩperet:nõ eſt auſa ad famem accedere. Eſt autem parentheſis cãm exprimens cur propius ad famem nympha nõ acceſſerit. Refert mandata deæ. Cereris mandata exponit. In æmoniam.theſſaliam:quæ ſæpius nomina mutauit. Nam & pelaſgicum argos.& Hellas & Dryopis.& græcia & hellenis a regibus fuit cognominata. Sublimis.alta.per aerem nãq; uolabat. Quãuis contraria ſemper. Neq;.n.ubi ſũt fruges:quæ ſunt opera cereris:ibi fames põt eſſe.Fruges præterea a cerere inuentas fames aſſidue conſumit. Ad iuſſam domum:Eryſichthonis. Fœcundum orbem:frugiferũ. Vertitur.Reuertit᷑. Mulcebat.fouebat. Sub imagine ſomni. Per inſomnium.ſibi.n.fameſcere uidebatur in ſomno.Oraq; uana mouet.Sibi.n.fruſtra mandere uidebat᷑. Inani cibo.Vanis & falſis epulis. Immenſa uiſcera. Inexplebilia. Ardor edendi.Dira fames. Nec mora.ſubito. Quæritur ieiunia.Conqueritur ſe ieiunum eſſe.

Pluſq; cupit.quanto plura comedebat:tanto plu
ra appetebat eryſichthon. Vtq; fretum.Duplici ſi/
militudine poeta eleganter oſtendit: q̄ inſatiabilis
eſſet eryſichthonis auiditas edendi. Nec ſatiat̃.
Nec expletur. Cremat.Comburit. Ipſa turba.
Ipſa rex copia. Petit.Appetit. Quo enim plura
igni ligna imponuntur:eo plura abſumunt̃. Sem
perq; locus fit inanis edendo.Venter edendo non
impletur:ſed euacuari potius uidetur. Attenua/
rat.Tenues ac paruas effecerat. Inattenuata.Nō
diminuta. Flamma gulæ.Ardor edendi auiditas.

Demiſſo in uiſcera cenſu.Conſumpto patrimo
nio. Non illo digna parente.Cum.n.ipſe maxi/
me impius eſſet ea fuit tanta pietate:ut nunq̄ parē
tem deſerere ſuſtinuerit: quinimmo quibuſcunq;
potuit modis aluerit. Dominum generoſa recu
ſat.cauſa cur dominum recuſaret:generoſitas erat.

Raptæ uirginitatis.ereptæ Iam enim neptunus
eam uitiarat. Hæc neptunus habebat. Exponit
poeta id quod puella tacuerat:Eam a neptuno fuiſ
ſe raptam. Qui prece non ſpreta.exauditis preci
bus. Modo.pauloante. Hero.Domino cui a pa
tre eriſichthone fuerat uendita. Pendentia æra.
Hamos ex ære confectos.eſt enim metonymia.

Cælas occultas. Sic mare compoſitū.optandi
eſt aduerbium ſic hoc loco.Nam ſtantem in littore
uidi.Parentheſis eſt.continens aſſeuerationē. Ne
que enim ueſtigia longius extant.Significat eā lon
gius non proceſſiſſe.cum pedum ueſtigia non ap/
pareant. Bene cedere.in bonum ſibi cedere. Sē
ſit cognouit.Animaduertit. Reſecuta rogantem
his uerbis ſe interroganti reſpondit. Oneratus.
ſollicitus. Inhæſi.intentus fui. Sic has deus
æquoris artes.Ambigue dictum.& artem piſcandi
nanq; & fraudes quibus utebatur: intelligere poſ/
ſumus. Et uerſo dominus pede preſſit har nā.
Retroceſſit.per harenam. Sua forma.Virginis.ꝓ
pria. Suam.Filiā ſubaudiamus. Transformiā
Quæ poſſint transformari in uarias figuras:Hoc āt
idcirco fictū eſt qđ Metra eriſichthonis filia pulchra
adeo fuit & formoſa.ut qui illā aſpicerēt.ſtatī amo
re ipſius caperentur: Cū aūt illius temporis hoīes
pecunia non uterentur:alii quidem ex Metre pro
cis boues.alii equos.alii oues.alii capras ipſi largie
bantur.Quod quidem cū Theſſali uiderent ac un/
diq; eriſicthoni uictū cernerent coagregatū. aiebāt
Metran patri fuiſſe & bouē.& equū.& ouē & quæ/
cunq; ea dono accepiſſet. Sicq; & fabulæ locus ē da
tus & huc prouerbio quod in leues græcis dr̃ μὲ/
ταβλὴ τερὸσ μὴτρασ. hoc eſt mutabilior me/
tra. Non iuſta.Iniuſta utpote per fraudes & do/
los quæſita. Vis tamen illa mali.illa morbi uiolē
tia. Noua pabula.nouiſſimos & ultimos cibos.

Pluſq; cupit:quō plura ſuam demittit in aluum
Vtq; fretum recipit de tota flumina terra:
Nec ſatiatur aquis:peregrinoſq; ebibit amnes:
Vtq; rapax ignis non unq̄ alimenta recuſat:
Innumeraſq; faces cremat:& quo copia maior
Eſt data:plura petit:turbaq; uoracior ipſa eſt.
Sic epulas omnes eryſichthonis ora prophani
Accipiunt:poſcuntq; ſimul.cibus oīs in illo
Cauſa cibi eſt:ſemperq; locus fit inanis edēdo.
Iamq; fame patrias altiq; uoragine uentris
Attenuarat opes:ſed inattenuata manebat
Tum quoq; dira fames:implacatæq; uigebat
Flamma gulæ.tandē demiſſo in uiſcera cenſu:
Filia reſtabat non illo digna parente.
Hāc quoq; uēdit iops.dn̄m generoſa recuſat
Et uicina ſuas tendens ſuper æquora palmas:
Eripe me domino:qui raptæ præmia nobis
Virginitatis habes ait.hæc neptunus habebat:
Qui prece non ſpreta:q̄uis modo uia ſequēti
Eſſet hero:formāq; nouat:uultumq; uirilem
Induit:& uultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans.o q pēdentia paruo
Aera cibo cælas moderator arundinis inquit:
Sic mare compoſitum.ſic ſit tibi piſcis in undi
Credulus:& nullos niſi fixus ſentiat hamos:
Quæ modo cum uili turbatis ueſte capillis
Littore in hoc ſteterat(nā ſtantē in littore uidi)
Dic ubi ſit.neq; enim ueſtigia longius extant.
Illa dei munus bene cedere ſenſit:& a ſe
Se quæri gaudens his eſt reſecuta rogantem.
Quiſquis es ignoſcas.in nullam lumina partē
Gurgite ab hoc flexi:ſtudioq; oneratus inhæſi.
Quoq; minus dubites:ſic has de⁹ æquoris artes
Adiuuet:ut nemo iam dudum littore in iſto:
Me tamen excepto:nec fœmina conſtitit ulla.
Credidit:& uerſo domius pede preſſit harenā:
Eluſuſq; abiit.illi ſua reddita forma eſt.
Aſt ubi habere ſuam transformia corpora ſēſit:
Sæpe pater dominus dryopeida tradit.at illa
Nunc equa.nūc ales.mō bos.mō ceru⁹ abibat:
Præbebatq; auido non iuſta alimēta parenti.
Vis tamen illa mali poſtq̄ cōſumpſerat omnem
Materiā:dederatq; graui noua pabula morbo:
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cœpit:& infelix minuendo corpus alebat.

Externis.alienis trãſformationibus. O iuuenes.Theſeum & lelega alloquitur Achelous. Numero finitapoteſtas.in tres enim ſolum uarias figuras ſe conuertere poterat Achelous.in hominem·in anguem.in taurum. Telo.cornu quo ab Hercule: ut in ſequenti uolumine narrabit:fuit priuatus. Gemitus.ſuſpiria quibus ſignificat ſe ual de effracto cornu dolere.

Raphaelis Regii in nonum metamorphoſeos
Ouidii librum Enarrationes.

Quid moror externis? etiam mihi ſæpe nouãdi
Corporis o iuuenes numero finita poteſtas.
Nãmodo q nũc ſũ uideor.mõ flector ĩ anguẽ
Armenti modo dux uires in cornua ſumo:
Cornua dũ ſumpſi.nũc pars caret altera telo
Frontis:ut ipſe uides:gemitus ſũt uerba ſecuti.

Pu.Ouidii naſonis metamor.Liber nonus.

QVæ gemitus trũcæq́; deo
neptunius heros
Cauſa rogat frõtis:cũ ſic
calydonius amnis
Cœpit inornatos redimi
tus arundine crines.
Triſte petis munus.quis
enim ſua prælia uictus
Cõmemorare uelit? referam tamẽ ordine,nec tã
Turpe fuit uinci:q̃ contendiſſe decorum:
Magnaq́; dat nobis tantus ſolatia uictor.
Nomine ſi qua ſuo tandẽ peruenit ad aures
Deianira tuas:quondã pulcherrima uirgo.
Multorumq́; fuit ſpes inuidioſa procorum
Cum quibus ut ſoceri domus eſt ĩtrata petiti:

QVæ gemitus. Herculis luctam cum Acheloo i huius uoluminis initio ita deſcribit poeta: ut & librum libro & fabulam fabulæ eleganter connectat: uariaſq́; Acheloi tranſfigurationes inter luctandum exponat. Cum enim. Deianirã oenei calydoniæ regis filiã cũ multis aliis hercules Achelousq́; petiiſſent:uirgis pater decreuit:ut is illa potiretur:qui in luctæ certamine ſuperior eſſet. Cũ igitur alii ceſſiſſent:hercules atq́; Achelous ineunt luctam:in qua cum alter uirtute ſuperior eſſet:achelous ad notas artes decurrit:ac cum ſe & in anguem & in taurũ fruſtra mutaſſet uictus: alteroq́; cornu mutilatus pudore ſe in ſuũ fluuiũ coniecit. Nymphæ uero cornu illud ſuſcipiẽtes omni fructuum genere repleuerunt:cornuq́; copiæ appellauerũt.hoc uero inde factum eſſe Strabo eſt auctor: q cum Achelous limo quẽ ducit.limites ſemper cõfunderet: bella inter ætolos & acarnanes uicinos ciebat. Cumq́; arbitri nulli eſſent:armis non iudicio decertabant. Victoriam uero reportabant:qui plus uiribus ualebãt.Quare cum Hercules fluuiũ damnoſe labentẽ aggeribus & foſſis ĩtra alueum cohibuiſſet tanq̃ debellaſſet Acheloum uictoriæ præmium reportauit Oenei filiæ deianiræ nuptias.Eam quidẽ ſophocles tragicus hoc modo loquentem inducit.Procus ſane mihi amnis fuerat Achelous qui tribus me formis a patre petiit:manifeſtus enim inceſſit taurus:alias tortus uarias per notas draco.aliquando mole ualida bouis præſe ferens frontẽ. Addunt nõnulli Amaltheæ cornu capræ id eſſe qđ hercules ab Acheloi fronte effractum oeneo dono dedit.Ex quo quidẽ pleriq́; talem educunt hiſtoriã.Acheloum eni ſicut flumina reliqua tauro cõparant ob ſonos ipſos & alueorũ circũflexiones:quas cornua uocãt. Draconi quoq́; ꝓpter obliquatã ipſius magnitudinẽ.Herculẽ quoq́; oĩbus alioq mortalibus beneficũ oeneo affinitate cõiunctũ aggeribus & foſſis fluuiũ ꝑpeti & dãnoſe labentẽ coercuiſſe aiũt:eãq́; regionẽ fertiliſſimã reddidiſſe: hocq́; amaltheæ cornu eſſe. Hoc uero idem & Dio.in.v.bibiliotheces ſcribit. hercules inquit in calydoniorũ gratiã fluuiũ acheloũ in aliũ curſum diuertẽs plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles ꝓſtitit:cuius rei & poetæ quidã meminere ſcribẽtes cũ acheloo herculẽ ſub tauri ſpecie certaſſe: qui cũ in cõgreſſu tauri alterũ cornu fregiſſet: Aetolis illud qđ amaltheæ cornu uocãt dono dedit fructuũ oĩum uuarũ.malorũ aliorũq́; eiuſmodi pomorũ copia repletum: Fingunt uero poetæ acheloi cornu foſſam a fluuio ductam.pomis uero: ac malis punicis & racemis monſtrari regionis fertilitatẽ:quã fluui humor preſtet.amaltheæ uero cornu durum eſſe aiunt:qua ex re operis illius difficultas ſignificatur. Neptunius heros.Theſeus neptuni nepos: Truncæ frontis.mutilatæ.altero.n. cornu carebat. Redimitus crines.cinctos habens crines.Arundine corona ex aruudinibus confecta:quibus fere fluuiorũ ripæ abundant. Tantus uictor.q̃tus hercules fuit. Nomine ſi qua ſuo tandẽ.Narrare ĩcipit achelous certamẽ ſibi ꝓ Deianiræ nuptiis ſuſceptum. Si qua.Deianira.qua uacat neq́; expoſcitur a ſenſu:tantũq́; carmẽ explet: quale illud apud Verg.Siqua fata ſinant.Tandẽ.aliquãdo. Tandẽ.n.ut Põpeius ſcribit interdũ aliqñ ſignificat. iterdũ ꝓ ſuperuacuo ponitur.interdum affectui.& indignationi ſeruit.Vt Cicero.quouſq́; tãdem abutere patientia noſtra, Catilina. Multorũ procorũ.proci dicuntur qui aliquã uxorẽ poſcunt a procando declinati.Nã procare eſt poſcere.Vnde & procaces meretrices:ab aſſidue poſcẽdo uocantur. Domus eſt intrata.participium paſſium contra grammatices rationem formatum. Soceri petiti.appetiti ſoceri Oenei.

Herculis cum Acheloo certamen

Parthaone nate. Oeneus rex Aetoliæ Parthaonis fuit filius. Suæ nouercæ. iunonis cuius iuſſu tot labores adierat. Cõtra ego. ecõtrario. Turpe deum mortali cedere dixi. eſſe ſubaudiatur.
Mortali homini. nondum enĩ hercules in deorum numerum fuerat tranſlatus. Dominum me cernis aquarum. achelous namq; fluuius ẽ inter acarnaniam Aetoliamq; habens. Popularis ex tuo populo unus. aliquãdo popularis gratum populo ſignificat. Tantũ ne noceat ſolummodo inquit mihi id non noceat rogo: ꝙ iuno deorum regina me nullo odio proſequitur: neq; mihi ullam irrogat pœnam. Ea uero inquit herculi potius obeſſe q̃ prodeſſe debere. Nã quo te iactas. Dilemato colligit Achelous iouem: aut falſo herculis patrem dici: aut eſſe ignominioſum: ut qui ex adulterio illum genuerit. Alcmena matre. alcmena electryonis & Lyſidices filia fuit uxorq; Amphitryonis: ex qua Iupiter in amphitryonem conuerſus herculem ſuſcepit. Elige fictum Eſſe iouem malis. patrẽ ſubaudiamus. Eſt autẽ dilematon in quo utrum conceditur repræhenditur. Si enim fictum ac falſum patrem ſibi eſſe iouem eliget Hercules nullo ipſi erit honori Sin uerum: aperte fatebitur ſe eſſe natum ex adulterio. hoc igitur argumẽto hercules uictus: in pugnam indignatus deſcendit. Per dedecus. per ignominiam ex matris adulterio prouenientem. Toruo lumĩe. trucibus oculis: quales iratis indignatiſq; conueniunt. Viridem ueſtem tales enim fluuiorum diis attribuuntur. Eleganter autem eorum habitum effingit: qui ſe præparant luctæ. Varas manus. inflexas & curuas. nã uari dicuntur qui crura habent obtorta. Vnde & uarices appellantur uenæ in ſuris inflexæ: uel obortæ: ut Marcellus tradidit. Inſtatione. in loco ad reſiſtendum apto. Modo. nuper. Magna ſuperba. Ille cauis hauſto. luctaturi ſua inuicem corpora puluere: aſpergebant: quo ſe ualidius compræhendere poſſent. Hauſto puluere ſuſcepta harena: quæ haphæ uocatur. Captat. capere conatur. Mea grauitas. meum pondus.
Certi non cedere. qui decreueramus alteri non cedere. eleganter autem ea omnia deſcribit: quæ a luctatoribus fieri ſolent. Non aliter uidi. hac ſimilitudine oſtendit Achelous quanto impetu cum hercule fuerit cõgreſſus. Quem maneat. quem expectet. Sine ꝓfectu. effectu. Adducta brachia. circunducta. circundata: Certum eſt mihi. decreui inquit uera confiteri. Si qua fides. eſt uerbis meis ſubaudiatur.

Accipe me generum dixi parthaone nate.
Dixit & alcides. alii ceſſere duobus.
Ille iouem ſocerum dare ſe: famamq; laborum:
Et ſuperata ſuæ referebat iuſſa nouercæ.
Contra ego turpe deum mortali cedere dixi.
Nõdũ erat ille deus. dominũ me cernis aquarũ
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem.
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris:
Sed popularis ero: & rerum pars una tuarum.
Tantum ne noceat: quod me nec regia Iuno
Odit: & omnis abeſt iuſſorum pœna laborum.
Nam quo te iactas alcmena matre creatum:
Iupiter aut falſus pater eſt: aut crimine uerus.
Matris adulterio patrem petis. elige fictum
Eſſe iouem malis. an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat: & accenſæ nõ fortiter ĩperat iræ.
Verbaq; tot reddit. melior mihi dextera liguaẽ.
Dũ modo pugnãdo ſuperẽ: tu uince loquẽdo.
Congrediturq; ferox. puduit mõ magna locuti
Cedere. reieci uiridẽ de corpore ueſtem.
Brachiaq; oppoſui: tenuiq; a pectore uaras
In ſtatione manus: & pugnæ membra putaui.
Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis:
Inque uicem fuluæ tactu flaueſcit harenæ.
Et modo ceruicem. modo crura micãtia captat
Aut captare putes: omniq; a parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas. fruſtraq; petebar.
Haud ſecus ac moles: q̃ magno murmurẽ fluctuũ
Oppugnant. manet illa: ſuoq; eſt pondere tuta.
Digredimur paulũ: rurſuſq; ad bella coimus.
Inq; gradu ſtetimus certi non cedere: eratque
Cũ pede pes iunctus. totoq; ego pectore ꝓnus
Et digitos digitis: & frontẽ fronte premebã.
Non aliter uidi fortes concurrere tauros:
Cum præcium pugnæ toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur coniunx. ſpectant armẽta: pauentq;
Neſcia: quem maneat tanti uictoria regni.
Ter ſine profectu uoluit nitentia contra
Reiicere alcydes a ſe mea pectora: quarto
Excutit amplexus: adductaq; brachia ſoluit:
Impulſumq; manu (certum mihi uera fateri)
Protinus auertit: tergoq; oneroſus inhæſit.
Si qua fides (neq; enim ficta mihi gloria uoce
Quæritur) ĩpoſito preſſus mihi mõte uidebar:

Vix tamē inſerui ſudore fluentia multo
Brachia.uix ſolui duros a corpore nexus.
Inſtat anhelanti:prohibetq; reſumere uires.
Et ceruice mea potitur.tum deniq; tellus
Preſſa genu nr̄o eſt:& harenas ore momordi.
Inferior uirtute meas diuertor ad artes:
Elaborq; uiro longum formatus in anguem:
Qui poſtq̄ flexos ſinuaui corpus in orbes:
Cumq; fero moui linguam ſtridore biſulcam
Riſit:& illudens noſtras tirynthius artes:
Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum.
Dixit.& ut uincas alios acheloe dracones:
Pars quota lernææ ſerpēs eris unus echidnæ?
Vulneribus fœcunda ſuis erat illa:nec ullum
De centum numero caput eſt impune reciſū:
Quin gemino ceruix hærede ualentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis e cæde colubris:
Creſcentemq; malo domui: domitāq; reduxi.
Quid fore te credis?falſum qui uerſus i anguē
Arma aliena moues?quem forma p̄caria celat?
Dixerat:& ſummo digitorum uincula collo
Iniicit.angebar ceu guttura forcipe preſſus.
Pollicibuſq; meaſq; pugnabā euellere fauces.
Sic quoq; deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis.tauro mutatus membra rebello.
Induit ille toris a leua parte lacertos:
Admiſſumq; trahens ſequitur:depreſſaq; dura
Cornua figit humo:meq; alta ſternit harena.
Nec ſatis hoc fuerat:rigidū fera dextera cornu
Dum tenet:infregit:truncaq; a fronte reuellit
Naiades hoc pomis & odoro flore repletum.
Sacrarunt:diueſq; meo bona copia cornu eſt.
Dixerat:& nymphe ritu ſuccincta dianæ
Vna miniſtrarum fuſis utrinq; capillis
Inceſſit:totumq; tulit prædiuite cornu
Autūnum:& menſas felicia poma ſecūdas.
Lux ſubit:& primo feriente cacumina ſole
Diſcedunt iuuenes.neque eni dū flumia pacē
Et placidos habeant lapſus:totæq; reſidant:
Operiuntur aquæ.uultus achelous agreſtes

Anhelāti.difficulter reſpirāti. Et ceruice mea potitˀ.collū meū capit. Diuerto.cōuertor. Meas artes.mihi ingenitas ꝓprias. Elaborq; uiro.effugio e manibus herculis uiri fortiſſimi. Sinuaui.contraxi. Orbes.ſpiras. Stridore.ſibillo. Cunarū mearū.meæ infantiæ.nā cū in cunis eſſet hercules duos angues a Iunone imiſſos manibus præhenſos ſtrāgulauit.unde illū græci:ut ſcribit Diod. q̄ꝓpa iunonis gloriā foret adeptus:heraclea dixere.hoc ē iunonis gloriā cū antea alcæus uocaretur.nā ἥρα Iuno.κλεοσ gloria dicitur. Vt uīcas.ut te uincere cōcedā. Pars quota.ac ſi diceret minima.

Achelous in anguem.

Lernææ echidnæ.hydræ lernæā paludē infeſtantis.nā hercules ſcribitur iterfeciſſe hydrā cētū capita habentē ea uiuacitate:ut uno reciſo duo q̄primū ſubnaſcerentˀ.eā tādē hercules domuit igni.Echidna āt latine uipera dicitur. Ramoſam:multa capita ueluti ramos habentē. Gemino hærede.duobus ſucceſſoribus:nam uno capite reciſo:duo renaſcebātur.Vnde ēt excetra a latinis dicta ē:ut tradit Seruius:ꝙ uno capite exciſo duo ſuccreſcebant.

Hydra.

Creſcentēq; malo domui.malo eni ſuo creſcere uidebatˀ hydra:cū uno capite reciſo duo ſubnaſcerētur.arte aūt eā domuit hercules:ut ſcribit Diod. Iolao eni mādauit:ut reciſam ceruicē face accenſa ne effluerct ſanguis:inureret. Forma p̄caria aliena quā p̄ce uideris eſſe cōſecutus.Precariū eni dicitur ut tradunt Iuriſcōſulti.ꝙ p̄cibus alicuiˀ utendū cōceditur tantiſper dū is q cōceſſit repetat. Pugnabā.cōtendebā. Rebello.bellū reſumo. Induit.iniicit Trūcaq; a fronte reuellit.hoc eſt reuellendo cornu truncā effecit frontē. Diueſq; meo bona copia cornu acheloi cornu:a naiadibus repletū uariis fructibus copiæ fertilitatis deæ fuit dicatū. qd idcirco fingitur.:ut pauloāte diximus:ꝙ hercules in Calydoniorū gratiā fluuiū acheloū in aliū curſum diuertēs plurios agros ex aquæ irrigatiōe fertileſ ꝓſtitit.ætolis aūt dono dediſſe illud ꝙ amalthææ cornu uocāt fingitur fructū oīum copia repletū.In.v.aūt faſtorū Oui.aliā de amalthææ cornu fabulā refert.nā amaltheā:quæ Ioui lac præbebat:alterū e cornibus in arbore fregiſſe ait.qdˀ quidē nympha ſuſtulit:cinxitq; recētibus herbis. Et plenū pomis ad iouis ora tulit. Ille ubi res cæli tenuit:ſolioq; paterno Sedit:& inuicto nil ioue maius erat:Sidera nutricē nutricis fertile cornu fecit:qdˀ dn̄æ nūc quoq; nomē hēt.Dio.uero de copiæ cornu aliā quoq; narrat hiſtoriā.Hāmonē ſiquidē ſcribit iuxta ceraunios mōtes ambulantē cōſpectā uirginē noīe amaltheā forma pulcherrimā adamaſſe.filiāq; ex ea ſuſcepiſſe ſpecie ac robore corporis īſignem.Amaltheā uero.propinq; regioni p̄feciſſe cornu bouis perſimili:ex quo occid uū cornu ſit noiata. Quæ quidē cū uineis aliiſq; frugiferis arboribus cōſita foret:ab amaltheaq; poſſideretur:amalthææ cornu fuit denoīata.unde optima quæq; fertiliſſimaq; terra copiæ cornu appellari cōſueuit.hoc eſt. κέρασ αμαλθειασ.Prædiuite.pleniſſimo. Totū autūnum.oēs autūni fructus. Secūdas menſas.primæ menſæ carniū erāt.ſecūdæ pomorū. Cacumina.mōtiū uertices & ſummitates.ſignificat aūt illos primo mane receſſiſſe. Reſidant.decreſcant. Vultus agreſtes.detur patos ob cornu a fronte reuulſum. Decoris.pulchritudinis. Fronde ſaligna.ſalicis ramo. Capitis dammum

Achelous i taurum
Copiæ cornu

Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
Hunc tamē ablati domuit iactura decoris:
Cætera ſoſpes hēt.capitis quoq; frōde ſaligna
Aut ſuper impoſita celatur arundine damnum.
At te neſſe ferox eiudem uirginis ardor
Perdiderat uolucri.traiectum terga ſagitta.
Nanq; nouo repetēs patrios cū cōiuge muros
Venerat eueni rapidas ioue natus ad undas.
Vberior ſolito nimbis hyemalibus auctus:
Vorticibuſq; frequens erat.atq; īpuius amnis.
Intrepidum pro ſe.curam de cōiuge agentem
Neſſus adit:membriſq; ualens ſcituſq; uadorū.
Officioq; meo ripa ſiſtetur in illa
Hæc ait alcide.tu uiribus utere nando.
Tradidit aoniuspauidam calydonida neſſo:
Pallentemq; metu fluuiūq; ipſumq; timentem.
Mox ut erat pharetraq; grauis ſpolioq; leonis
(Nā clauam & curuos trās ripā miſerat arcus)
Quādoquidē cœpi:ſuperentur flumina dixit.
Nec dubitat:nec qua ſit clæmentiſſimus amnis
Quærit:& obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iāq; tenens ripā miſſos cum tolleret arcus:
Coniugis agnouit uocem.neſſoq; paranti
Fallere depoſitum.quo te fiducia clamat
Vana pedum uiolente rapit:tibi neſſe biformis
Dicimus.exaudi.nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit.at orbes
Concubitus uetitos poterant inhibere paterni.
Haud tamē effugies:q̄uis ope fidis equina.
Vulnere non pedibus te conſequar.ultia dicta
Re probat:& miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit.extabat ferrum de pectore aduncum:
Qđ ſimul euulſū ē:ſāguis per utrūq; foramē
Emicuit mixtus lernæi tabe ueneni.
Excipit hunc neſſus.neq;.n.moriemur inulti:
Secum ait.& calido uelamina tincta cruore
Dat munus raptæ uelut iritamē amoris.
Longa fuit medii mora temporis:actaq; magni
Herculis implerant terras odiumq; nouercæ.
Victor ab oechaliaCanæo ſacra parabat

cornu ablatū. At te neſſe ferox.expoſiturus poe-
Neſſi
Cæpes
ta lychæ miſtri herculis mutationē in ſaxum:Neſſi cētauri cædē deianiræq; zelotypian deſcribit.nam hercules deianira potitus cū uino calefactus eury-nomū puerū Architelii filiū miniſtrantem.paruoq; errore lapſum inter cœnandū pugno ictum occidiſſet.inuitus ex calydonia dolore perculſus: una cū uxore diſceſſit in patriā feſtinans. forte āt eueni ut euenū fluuium: qui maxie excreuerat. tuto trāſire poſſe nō uiderent.niſi neſſus cētaurus: qui præcio uiatores trāſmittebat:ſe deianirā tranſuecturū pollicitus foret.Eā igitur hercules cū neſſo cōmiſiſſet: intrepide fluuium tranauit. At neſſus puellæ pulchritudine captus cū eā aſportaret.ab hercule ſagitta hydræ ſanguinæ tincta tranſfixus eum moreretur: deianiræ perſuaſit tunicæ ſuæ uim amatoriam ineſſe:quæ herculē ab amore aliarū mulierū auocaret:ſi eam indueretur.Cum aūt Deianira accepiſſet herculē amore Ioles euryti filiæ eſſe captū tunicā a Neſſo dono datā lychæ famulo tradidit dño perferendam eam uero cum ſacrificaturus induiſſet hercules maximis cruciatibus affectus in furoréq; cōuerſus lycham ex Geneo monte: ubi Ioui ſacrificabat:in Euboicum mare cōiecit: q deorū miſeratiōe in ſcopulū corpori humano ſimilē fuit cōmutatus. Ipſe uero hercules arcu ſagittiſq; philoctetæ traditis:in pyra ſe compoſuit: hoieq; depoſito in deorū ſedes fuit trāſlatus. Eueni.euenus fluuis ē ætoliæ
Euenus
in corynthia cū ſinū labens ab eueno : qui ſe in illū ꝑcipitauit cognominatus. nā antea lycornas appellabatur. Scituſq; uadorū. peritus locorū trāſitus ꝑ ſtantiū. Siſtetur.collocabitur. Aonius. thebanus hercules.Aonia eni cū bœotia eadē eſt. Pauidā calydonida.timidam deianirā calydoniā. Ipſum.neſſum. cētaurus enim erat. Miſerat.iecerat. Fallere depoſitum.fraudare herculē depoſito & deiani-
Depoſitum
ra illi cōmiſſa.depoſitū eni dicit̄ quicqd alicui traditur cuſtodiendū. Orbes paterni.rotæ Ixionis patris tui qbus aſſidue apud inferos uertitur ꝓpter interpellarā de ſtupro iunonē. Ope equina.uelocitate equi.Centauri eni equinos hēnt pedes. Extabat ferrū de pectore aduncum.extraſtabat.ſignificat āt tergū cū pectore fuiſſe tranſfixum. Quod ſimul euulſum eſt.ꝙ poſtq̄ fuit extractū. Per utrūq; foramē.& tergi & pectoris. Tabe.ſanguine. Et calido uelamina tincta cruore.Sic quidē Oui.Diodorus uero inquit Neſſum moriturū cū iam Deianirā cognouiſſet:pollicitū ei fuiſſe ſe amoris medicamētum traditurū : quo nullā ꝑter ſe mulierē aliā hercules appeteret.Iuſſit igitur ſemine qđ ex ſe defluxerat cū oleo & ſanguinæ e ſaggita fluēte immixto herculis tunica tingere.quo dato cōſilio cū expiraſſet.illa inſcio hercule qđ mādatū erat peregit.

Iritamen.prouocationē:ac ſtimulationē. Longa mora.longū interuallū. Victor ab oechalia.hercules ut ſcribit Dio. in oechaliā cōtra euryti libertos ob Iolen uxorem ſibi de negatā exercitū duxit:urbeq; capta Euryti filios Toxeū.Melionē.& Pitium occidit:ac Iolen captiuā ſecū duxit.Ex euboea uero in montē noie cænæū profectus:ut ioui ſacrificaret: Lychā ſeruū ad uxorē Deianirā in trachinā miſit:ut ſibi ueſtē qua in ſacris uti cōſueuerat afferret. ea cū a lycha de Ioles amore comperiſſet cupiēs ſe maxie oium aliaꝝ ab hercule amari:tunicā ex centauri cōſilio tinxit:quam a lycha rei inſcio allatam

hercules indutus ueneni ui paulatim in ualeſcēte torqueri maximis doloribus cœpit.Quare lychā q ueſtē attu lerat:i mare iecit:ac dimiſſo exercitu i trachinā uenit:morboq; idies magis iualeſcente delphos lycimniū ac Io laū miſit apollinē morbi remedia ſciſcitaturos:Interi deianira calamitate herculis ſtupefacta cū tāti mali cām a ſe ꝑfectū ſciret:laqueo uitā finiuit:Apollo aūt iuſſit herculē cū apparatu bellico i oetā deduci.ibiq; maximā ſtru pyrā.de reliquis Ioui curā fore.Hercules igitur deſpata ſalute:i pyrā cū aſcēdiſſet:rogaretq; aſtātes:ut ignē ſubii cerēt ſolus philoctetes i gratiā ſagittatū ſibi ab ipſo relictarū pyrā ſuccēdit:quæ ſubito fulminibus circūcadētib⁹ exuſta ē.oechalia uero euryti patriā in euboea fuit quæ ab hercule fertur deleta.nā ſūt etiā aliæ oechaliæ:una i ætolia alia i meſſenia:alia i archadia:alia i trachina. Cænæo ioui iupiter cænæus a cænæo ꝓmontorio eubœæ ē dictus.ubi ab oechalia expugnatiōe hercules reuerſus ioui arā extruxit.principale autē pro deriuatiuo poſuit poeta. Et e mini ma.ſic Vergi.Parua metu prio.mox ſeſe attollit in auras.Ingrediturq; ſolo:& caput inter nubila condit. Amphytroniaden.herculē q amphytronis filius putabať.cū iouis eēt. Ioles ardore.Iole Euryti filia:quā hyllo filio hercules tradidit uxorē. Credit amās.quia amās.ē.n.cauſa cur crederet. Veneris nouæ.noui amoris.nouæ amicæ. Indulſit lachrymis multū fleuit. Diffudit.āplificauit. Mox deinde.alteꝝ hoꝝ ſupfluū eē uidetur. Conquerar an ſileā.dubia ē quid facere debeat Deianira. Morerne:maneāne i ædibus.herculis. Forte facinus. magnū factū.de ulciſcēda nāq; pellice cogitat.Incurſus uarios i diuerſas cogitatiōes.ſūt aūt poetæ uerba. Prætulit mittere figurata ē locutio.i ſoluta nāque oratione diceret.prætulit ut mitteret. Imbutā ueſtē.tunicā infectā:quæ etiā ſubucula appellať Defecto amori.deficiēti.ac potius q iā defecerat.i Quid tradat neſcia.ignorabat eni deianira.tunicā illā quā Lychæ tradidit:ueneno fuiſſe ifectā. Suos luſtus.ſuoꝝ luctuū cām. Inſcius heros ignarus Hercules ueſtē illā hydræ ueneno fuiſſe infectam. Lernææ uir⁹ echidne:ideſt tunicā ueneno hydræ ifectā. Dū potuit.donec ualuit. Oeten.oete mōs ē theſſaliæ morte rogo & ſepulchro herculis clarus Quōda.aliquādo.ſtridet.feruet. Lamina cadēs. ignita. Ardente ueneno.cōbūrēte. Nec modus ē nec finis dolori iponiť. Sorbēt.opprimūt.abſumūt.

Vota ioui:cum fama loquax peruenit ad aures
Deianira tuas:quæ ueris addere falſa
Gaudet:& eminima ſua per mendacia creſcit:
Amphithryoniaden Ioles ardore teneri.
Credit amans:ueneriſq; nouæ perterrita fama
Indulſit primo lachrymis:flendoq; dolorem
Diffudit miſeranda ſuū.mox deinde quid autē
Flemus ait:pellex lachrymis lætabitur iſtis:
Quæ qm̄ aduēiet:ꝓperādū aliqdq; nouādū ē.
Dum licet:& thalamos nōdū tenet altera nr̄os.
Cōquerar an ſileā:repetā calydona:morerne:
Excedam tectis:an ſic nihil amplius obſtem:
Quid ſi me meleagre tuā memorē eē ſororē:
Forte paro facinus:quantumq; iniuria poſſit.
Fœmineuſq; dolor uulgata pellice teſtor.
In curſus animus uarios abit.omnibus illis
Prætulit imbutam neſſæo ſanguine ueſtem
Mittere:qui uires defecto reddat amori.
Ignaroq; lichæ quid tradat neſcia luctus
Ipſa ſuos tradit:blandiſq; miſerrima uerbis
Dona det illa uiro mendat.capit inſcius heros:
Induiturq; humeris lernææ uirus echidnæ.
Thura dabat primis & uerba præcantia flāmis:
Vinaq; marmoreas patera fundebat in aras:
Incaluit uis illa mali:reſolutaq; flammis

Cæruleus ſudor.niger. Ambuſtiq; ſonāt nerui.cōbuſtiq; ſtridēt nerui. Cæca tabe.occulta corruptione. Saturnia paſcere.ſſac oratione hercules ſe maxio odio iunoiq; eē oſtendit.eāq; imaximā iuidiā adducit. Eſt aūt anadiploſis eiuſdem uerbi maxime idignato cōuentens. Ab alto.a cælo. Laborib⁹.ad labores. Decet hæc dare dona nūercā nā nouercæ ſolēt priuignoꝝ mortē optare. Ergo ego fœdātē.idignatiōi ſeruit hæc dictio ergo indignať.n.hercules.ꝙ cū ſæuiſſima domuerit moſtra:ipſe tamē dira peſte domeť. Cōmemorat aūt decē & octo ꝑclara certamina:que Euryſthei iuſſu cōfecit.Buſiri domui.biſiris neptuni fuit filius ex lybia ſuſceptus:q cū i ægypto tyrannide exerceret : hoſpiteſq; ad ꝓuocādā nili iundationē:iter quos thraſium a quo id fuerat edoctus:imo aret:ab hercule aris ipoſitus fuit iugulatus. Sæuo.antæus libyæ fuit gigas:q oēs ꝓuocabat ad luctā uictoſq; inteficiebat.At hercules cū illo cōgreſſus aiaduertit eū quotiēs ſterneret:ualentiore ſurgere terra.n.cuius erat filius:uires ſubminiſtrabat.Eū igitur hercules altius ſublatū emittere ſpūm coegit. Patētis. terræ matris. Paſtoris hiberi.geryonen dicit:qui tria habuiſſe corpora diciť.i ultimaq; hiſpania regnaſſe:ac armētis ab hercule fuiſſe priuatus. Vos ne manus.taurus quē paſiphea amauit.e creta i pelopeneſū ad Euryſtheū ab hercule fuit adductus. Veſtrū opus elis hēt.nā hercules ab expugnatione troiæ reuerſus in peloponeſum:ut ſcribit in.v.Dio.Euritū q augeæ regis dux erat:iuſta cleonas : ubi nūc ē herculis templū necauit. deinde bello aduerſus illum moto occiſoq; augea rege:atq; urbe ui capta phileo augeæ filio regnum tradidit.fuerat.n.hic antea a pre pulſus:quoniā arbiter iter eū & herculē factus ꝑmiū herculi dādū cēſuiſſet. Stymphalides undæ.Stymphalis palus e arcadiæ:ex q̄ eraſinus fluit.circa eam aues fuerūt.ferreas pēnas habentes mirandæ magnitudinis q cū uicinos agros uaſtarent:ab hercule parti ſagittis cōfixæ:parti maxio tabulæ æreæ